

LIBRO PRIMO

[1] Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una, pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

[2] Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala, [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiabantur. Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere

1. Nel suo insieme la Gallia è divisa in tre parti: una la abitano i Belgi, l'altra gli Aquitani, la terza quelli che nella loro lingua si chiamano Celti, nella nostra Galli. Tutte queste genti differiscono tra loro per lingua, istituzioni e leggi. Il fiume Garonna divide i Galli dagli Aquitani, la Marna e la Senna dai Belgi. Di tutti questi i più agguerriti sono i Belgi, per il fatto che sono di gran lunga lontani dalla cultura e dalla gentilezza della nostra provincia, e ben di rado i mercanti giungono fino a loro ed importano i prodotti che rendono gli animi effeminati; inoltre sono vicinissimi ai Germani, che vivono oltre il Reno, e con i quali sono in continuo conflitto. Per questa stessa ragione gli Elvezi superano in valore tutti gli altri Galli, poiché si misurano con i Germani in battaglie quasi quotidiane, a volte respingendoli dai propri territori, a volte portando la guerra nei loro. Quella parte del paese che, come si è detto, è occupata dai Galli, comincia dal fiume Rodano, è racchiusa tra il fiume Garonna, l'Oceano e il territorio dei Belgi, e dalla parte dei Sequani e degli Elvezi tocca il fiume Reno e volge a settentrione. I territori dei Belgi iniziano dagli estremi confini della Gallia, si estendono verso la parte inferiore del fiume Reno, guardano a settentrione e ad oriente. L'Aquitania si estende dal fiume Garonna alla catena dei Pirenei e fino a quella parte di Oceano che è verso la Spagna; guarda fra occidente e settentrione.

2. Tra gli Elvezi Orgetorix era di gran lunga il più nobile ed il più ricco. Nell'anno del consolato di M. Messala e M. Pisone, spinto dalla brama di potere, egli ordì una congiura di notabili e persuase i suoi concittadini ad uscire dal loro territorio con tutti gli averi: per loro, primi fra tutti in valore, sarebbe stato facilissimo impadronirsi dell'intera Gallia e dominarla. E più facilmente li persuase di ciò, in quanto gli Elvezi sono oppressi da ogni parte dalla natura dei luoghi: da un lato dal fiume Reno che, col suo corso molto ampio e profondo, divide le terre elvetiche dai Germani; dall'altro lato dalle altissime cime del monte Giura, che si frappone fra Sequani ed Elvezi; dal terzo lato dal lago Lemano e dal fiume Rodano, che divide la nostra provincia dagli Elvezi. Per tale motivo potevano compiere solo brevi sconfinamenti ed era per loro più difficile muovere una vera guerra ai confinanti; e per una stirpe così avida

arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

[3] His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea quae ad proficiscendum pertinerent comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium annum profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscipit. In eo itinere persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerit; itemque Dumnorigi Haeduo, fratri Diviciaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. Hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

[4] Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. Moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit, et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit. Cum civitas ob eam rem incitata armis

ciò era fonte di grande dolore. In rapporto poi al gran numero di abitanti e alle gloriose tradizioni di forza guerresca ritenevano di avere confini troppo ristretti: confini che misuravano 240 miglia in lunghezza e 180 in larghezza.

3. *Spinti da questi motivi e scossi dal prestigio di Orgetorige, gli Elvezi decisero di preparare l'occorrente per la partenza: radunare il maggior numero di bestie da soma e di carriaggi che si potesse acquistare, seminare la maggior quantità di grano che gli fosse possibile per averne a sufficienza durante il viaggio, stabilire rapporti di pace e di amicizia con le popolazioni limitrofe. Per portare a termine questi preparativi giudicarono sufficiente un biennio, e con una legge fissarono al terzo anno la partenza. Per realizzare tali obiettivi fu scelto Orgetorige, che si assunse il compito di recarsi in ambasceria presso le altre popolazioni. Durante il viaggio, egli persuase Castico – un sequano, figlio di Catamantalede, che aveva per molti anni dominato il suo popolo ed era stato proclamato dal Senato “amico del popolo romano” – ad impadronirsi del potere che in precedenza era stato del padre. Stessa cosa fece anche con l'eduo Dumnorige – fratello di Diviziaco, a quel tempo principe della sua nazione e molto popolare – inducendolo a compiere un tentativo analogo e concedendogli in sposa la propria figlia. Orgetorige dimostrò ad entrambi l'estrema facilità dell'impresa, poiché egli stesso avrebbe ottenuto il dominio della propria nazione: ed essendo fuori di dubbio che gli Elvezi fossero il popolo più potente dell'intera Gallia, egli garantiva che con le sue risorse ed il suo esercito avrebbe procurato loro il potere. Questo discorso li indusse a scambiarsi giuramenti di fedeltà reciproca, confidando che, una volta ottenuti i rispettivi domini, sarebbero potuti divenire, mediante quei tre popoli così forti e potenti, padroni della Gallia intera.*

4. *L'accordo venne svelato agli Elvezi da una delazione. Secondo una loro usanza, Orgetorige fu costretto a discolarsi in catene; se lo avessero condannato, la pena che lo aspettava era il rogo. Nel giorno fissato per il processo, Orgetorige fece venire sul posto da ogni parte, tutti i suoi familiari ed i servi, circa diecimila persone, nonché tutti i suoi clienti e debitori, che erano in gran numero; grazie al loro appoggio riuscì a sottrarsi alla necessità di difendersi. Men-*

ius suum exequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogere, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

[5] Post eius mortem nihilo minus Helvetii id quod constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant. Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt; frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent; trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnabant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

[6] Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauca prohibere possent; alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio consulibus.

[7] Caesari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat

tre il popolo, adirato per l'accaduto, cercava di far valere il proprio diritto con le armi, ed i magistrati radunavano dalle campagne un grande moltitudine di uomini, Orgetorige morì; e non mancò il sospetto, secondo gli Elvezi, che si fosse suicidato.

5. *Dopo la sua morte, gli Elvezi cercarono ugualmente di attuare il progetto di abbandonare il loro territorio. Quando si ritennero pronti all'impresa, appiccarono il fuoco a tutte le loro città, che erano una dozzina, ai loro villaggi, circa quattrocento, e alle restanti abitazioni isolate; arsero tutto il grano che non avrebbero portato con sé, affinché, senza più il miraggio di poter tornare in patria, fossero meglio disposti ad affrontare tutti i pericoli, ed ordinarono che ciascuno portasse via da casa per sé farina sufficiente per tre mesi. Persuasero inoltre i loro confinanti, Rauraci, Tulingi e Latobrigi, a seguire la loro decisione e a partire con loro dopo aver bruciato città e villaggi. Anche i Boi, che dai loro insediamenti oltre il Reno erano passati al territorio del Norico e avevano assediato Noreia, vennero accolti come alleati nell'impresa.*

6. *Le strade che gli Elvezi potevano percorrere per uscire dal loro territorio erano due: la prima attraverso le terre dei Sequani, strada angusta e difficile tra il monte Giura ed il Rodano, dove i carri potevano a stento transitare in singola fila, e dominata da cime altissime, cosicché erano sufficienti ben pochi uomini ad impedire il passaggio; la seconda attraverso la nostra provincia, assai più agevole e rapida, perché tra il territorio degli Elvezi e degli Allobrogi, da poco pacificati, scorre il Rodano, che consente in più punti il guado. L'ultima città degli Allobrogi, vicinissima agli Elvezi, è Ginevra. Da lì un ponte raggiunge gli Elvezi, e questi pensavano o di poter convincere gli Allobrogi – che non sembravano ancora ben disposti verso i Romani – a concedere loro il passaggio attraverso il proprio territorio, o di poterli costringere con la forza. Quando tutto fu pronto per la partenza, fissarono il giorno per l'adunanza generale sulle sponde del Rodano: cinque giorni prima delle calende di aprile [28 marzo] nell'anno del consolato di Lucio Pisone e Aulo Gabinio [58 a.C.].*

7. *Cesare, all'annunzio che gli Elvezi tentavano di passare per la nostra provincia, si affrettò a*

ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit. Provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat (erat omnino in Gallia ulteriore legio una), pontem, qui erat ad Genavam, iubet rescindi. Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare ut eius voluntate id sibi facere liceat. Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. Tamen, ut spatium intercedere posset dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, ad Id. April. reverterentur.

[8] Interea ea legione quam secum habebat militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum XVIII murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. Eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conentur, prohibere possit. Ubi ea dies quam constituerat cum legatis venit et legati ad eum reverterunt, negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facere conentur, prohibitorium ostendit. Helvetii ea spe deiecti navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, non numquam interdum, saepius noctu si perrumpere possent conati, operis munitione et militum concursu et telis repulsi, hoc conatu destiterunt.

[9] Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis invitis propter angustias ire non

partire da Roma; si dicesse a grandi tappe verso la Gallia Ulteriore e giunse a Ginevra. Ordinò a tutte le province di fornire il maggior numero possibile di soldati – nella Gallia Ulteriore vi era una sola legione – e fece tagliare il ponte che era vicino a Ginevra. Quando seppe del suo arrivo, gli Elvezi inviarono da lui in delegazione i cittadini più nobili, con a capo Nammeio e Veruclezio, per garantirgli il loro proposito di passare per la provincia, giacché non avevano altra via, senza arrecare danni. Lo pregarono quindi di concedere il suo consenso. Cesare, memore dell'uccisione del console Lucio Cassio, della sconfitta e del giogo sotto cui gli Elvezi avevano fatto passare il suo esercito, non riteneva di dover fare concessioni; e pensava che, una volta concessa la facoltà di attraversare la provincia ad un popolo dall'animo tanto ostile, esso non si sarebbe trattenuto dall'infliggere oltraggi e danni. Tuttavia, per poter attendere finché non fossero arrivati i soldati da lui richiesti, rispose alla delegazione che si sarebbe preso qualche giorno per decidere: se volevano una risposta, che tornassero alle idi di aprile [13 aprile].

8. *Nel frattempo, impiegando la legione che aveva con sé ed i soldati affluiti dalla provincia, fece scavare un fossato e costruire, dal lago Lemano, che ha uno sbocco nel Rodano, al monte Giura, che separa i territori dei Sequani e degli Elvezi, una massicciata lunga diciannove miglia ed alta sedici piedi. Compiuta l'opera, dispose guarnigioni ed allestì fortini per resistere con maggiore facilità gli Elvezi, se avessero tentato di forzare il passaggio a suo dispetto. Quando giunse il giorno fissato con gli ambasciatori ed essi ritornarono, Cesare li avvertì che la consuetudine ed il comportamento del popolo romano gli impedivano di concedere ad alcuno il transito per la provincia, e dichiarò che se avessero tentato di forzare il passaggio si sarebbe opposto. Persa questa speranza, gli Elvezi, su barche legate tra loro e su un buon numero di zattere da essi costruite, oppure guadando il Rodano nei punti meno profondi, a volte di giorno, più spesso di notte, cercarono di aprirsi un varco, ma, respinti dalle fortificazioni e dai dardi dei soldati prontamente accorsi, rinunciarono ai loro tentativi.*

9. *Agli Elvezi restava solo la strada attraverso le terre dei Sequani, impercorribile però senza*

poterant. His cum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat ut per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidesque uti inter sese dent perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant, Helvetii, ut sine maleficio et iniuria transeant.

[10] Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae civitas est in provincia. Id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni quam fecerat T. Labienum legatum praeficit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo, quod est oppidum citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

[11] Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduorum fines pervenerant eorumque agros populabantur. Haedui, cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse ut paene in

il loro consenso, tanto era stretta. Non potendo da soli persuadere costoro, mandarono degli emissari all'Eduo Dumnorige, per ottenere con la sua intercessione il permesso dei Sequani. Dumnorige aveva grande influenza su questi ultimi per il suo prestigio e le sue elargizioni, oltre ad essere amico degli Elvezi per avere preso in moglie una loro connazionale, figlia di Orgetorige. La brama di potere lo spingeva poi a cercare novità politiche e desiderava tenere legati a sé, mediante favori, il maggior numero possibile di popoli. Per tali motivi egli accettò l'incarico ed ottenne dai Sequani che lasciasse il proprio territorio gli Elvezi; perfezionò anche uno scambio di ostaggi fra i due popoli: perché i Sequani non ostacolassero gli Elvezi durante la loro marcia, e gli Elvezi non provocassero offese e danni.

10. *A Cesare venne riferito nuovamente che Gli Elvezi avevano in animo di marciare, attraverso il territorio dei Sequani e degli Edui, verso il territorio dei Santoni, stanziati non lontano dai confini dei Tolosani, popolazione appartenente alla nostra provincia. Cesare capiva che, se ciò fosse accaduto, avrebbe costituito un grave pericolo per la provincia stessa avere come confinanti uomini tanto bellicosi e nemici del popolo romano, in pianure estese e ricchissime di grano. Perciò mise a capo delle fortificazioni che aveva fatto il suo luogotenente Tito Labieno, ed egli si recò in Italia a tappe forzate; lì arruolò due legioni e ne richiamò tre dai quartieri invernali presso Aquileia; quindi, attraverso il valico alpino più vicino, mosse con queste cinque legioni verso la Gallia Ulteriore. Qui i Ceutroni, i Graioceli e i Caturigi, che avevano occupato le alture, tentarono di ostacolare l'avanzata dell'esercito. Cesare li respinse in parecchi combattimenti, e il settimo giorno, da Ocelo, ultima roccaforte della provincia citeriore, giunse nel territorio dei Voconti, nella provincia ulteriore. Di là condusse l'esercito fra gli Allobrogi, e dagli Allobrogi fra i Segusiavi, il primo popolo esterno alla provincia del Rodano.*

11. *Gli Elvezi, oltrepassati con le loro truppe gli impervi territori dei Sequani, erano giunti nella regione degli Edui e ne devastavano i campi. Non essendo in grado di difendere né se stessi né i propri beni, gli Edui inviarono a Cesare un'ambasceria per chiedergli aiuto: in ogni circostanza essi avevano meritato la riconoscenza*

conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore quo Haedui Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesarem certiozem faciunt sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicis possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Caesar non expectandum sibi statuit dum, omnibus, fortunis sociorum consumptis, in Santonos Helvetii pervenirent.

[12] Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit quae nondum flumen transierat. Eos impeditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas silvas abdiderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. Ita sive casu sive consilio deorum immortalium quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenam persolvit. Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.

[13] Hoc proelio facto, reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arari faciendum curat atque ita exercitum traducit. Helvetii repentino eius adventu

del popolo romano, perciò non avrebbero dovuto vedere, quasi al cospetto del nostro esercito, i loro campi saccheggiati, i loro figli asserviti, le loro città espugnate. Contemporaneamente gli Ambarri, affini e consanguinei degli Edui, informarono Cesare che i loro campi erano stati devastati e che difficilmente essi avrebbero potuto tenere lontane le forze nemiche dalle loro città. Allo stesso modo gli Allobrogi, che avevano villaggi e possedimenti oltre il Rodano, fuggirono e si rifugiarono da Cesare, dicendogli che nulla rimaneva loro, se non la nuda terra dei campi. Sotto l'incalzare di tali notizie, Cesare capì di non dover aspettare che gli Elvezi giungessero nei territori dei Santoni, dopo aver distrutto tutti i beni degli alleati di Roma.

12. *L'Arar è un fiume che scorre attraverso i territori degli Edui e dei Sequani e si versa nel Rodano con tale incredibile lentezza, che ad occhio non è possibile stabilire quale sia il senso della corrente. Gli Elvezi lo stavano attraversando con zattere ed imbarcazioni legate. Non appena fu informato dagli esploratori che già i tre quarti delle forze degli Elvezi erano sull'altra sponda e che circa un quarto era rimasto ancora al di qua dell'Arar, dopo mezzanotte Cesare partì dall'accampamento con tre legioni e raggiunse gli Elvezi che non avevano ancora varcato il fiume. Li colse alla sprovvista, mentre erano ancora impacciati dalle salmerie, e ne uccise la maggior parte; i superstiti fuggirono e si nascosero nelle selve circostanti. Questo cantone (infatti, il popolo degli Elvezi si divide, nel suo complesso, in quattro cantoni) si chiamava Tigurino. I Tigurini, all'epoca dei nostri padri, erano stati i soli a sconfinare, avevano ucciso il console Lucio Cassio e fatto passare i suoi soldati sotto il giogo. Così, o per caso o per volontà degli dèi immortali, quella parte della nazione elvetica che aveva inferto al popolo romano una memorabile sconfitta fu proprio la prima a pagare le proprie colpe. In tal modo Cesare vendicò non solo le offese pubbliche, ma anche quelle private, perché i Tigurini, nella stessa battaglia in cui era morto Cassio, avevano ucciso il legato Lucio Pisone, avo di suo suocero Lucio Pisone.*

13. *Dopo la battaglia, per poter raggiungere le rimanenti truppe degli Elvezi, Cesare ordinò di costruire un ponte sull'Arar e, così, trasbordò sull'altra riva le sue truppe. Gli Elvezi, scossi*

commoti cum id quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant, ut flumen transirent, illum uno die fecisse intellexerent, legatos ad eum mittunt; cuius legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat. Is ita cum Caesare egit: si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset; sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Quod improvise unum pagum adortus esset, cum ii qui flumen transissent suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret aut ipsos despiceret. Se ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute contenderent quam dolo aut insidiis niterentur. Quare ne committeret ut is locus ubi constitissent ex calamitate populi Romani et interneceione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.

[14] His Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res quas legati Helvetii commemorassent memoria teneret, atque eo gravius ferre quo minus merito populi Romani accidissent; qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cavere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se intellexeret quare timeret neque sine causa timendum putaret. Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexassent, memoriam deponere posse? Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere. Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiore interdu[m] res et diuturniorem impunitatem concedere. Cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae polliceantur facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciunt, sese cum iis pacem esse facturum. Divico respondit: ita

dal suo arrivo repentino, quando si resero conto che per attraversare il fiume a Cesare era occorso un giorno solo, mentre essi avevano impiegato venti giorni di enormi sforzi, gli mandarono degli ambasciatori. Li guidava Divicone, già capo degli Elvezi all'epoca della guerra di Cassio. Divicone parlò a Cesare in questi termini: se il popolo romano avesse siglato la pace con gli Elvezi, essi si sarebbero recati dove Cesare avesse stabilito e voluto, per rimanervi; se, invece, avesse continuato con le operazioni di guerra, avrebbe dovuto ricordarsi sia del precedente rovescio del popolo romano, sia dell'antico eroismo degli Elvezi. Aveva attaccato all'improvviso un solo cantone, quando gli uomini ormai al di là del fiume non potevano soccorrerlo: non doveva, dunque, attribuire troppo merito per la vittoria al suo grande valore, o disprezzare gli Elvezi, che avevano imparato dai padri e dagli avi a combattere da prodi più che con l'inganno o gli agguati. Meglio, dunque, che egli non si esponesse al rischio che il luogo dove si trovavano prendesse il nome e tramandasse alla storia la disfatta del popolo romano e il massacro del suo esercito.

14. *A tali parole Cesare così rispose: tanto meno egli doveva esitare, poiché ciò che gli ambasciatori degli Elvezi avevano rammentato era impresso nella sua mente, e quanto minore era stata la colpa del popolo romano, tanto maggior dolore provava lui per la sconfitta: se i Romani avessero avuto coscienza di qualche torto commesso, non gli sarebbe stato difficile tenersi in guardia; ma poiché non pensavano di aver compiuto qualcosa per cui temere, né di dover temere senza motivo, questo li aveva tratti in inganno. E se anche avesse voluto dimenticare le antiche offese, poteva forse rimuovere dalla mente le offese recenti? Gli Elvezi, contro il suo volere, non avevano cercato di aprirsi a forza un varco attraverso la provincia, non avevano infierito contro gli Edui, gli Ambarri, gli Allobrogi? Che si gloriassero in modo tanto insolente e si stupissero di aver evitato così a lungo la punizione per le offese inflitte, portavano ad uno stesso scopo: gli dèi immortali, di solito, quando vogliono castigare qualcuno per le sue colpe, gli concedono, ogni tanto, maggior fortuna e un certo periodo di impunità, perché abbia a dolersi ancora più fortemente del cambiamento degli eventi. Stando così le cose, se tuttavia*

Helvetios a maioribus suis institutos esse uti obsides accipere, non dare, consuerint; eius rei populum Romanum esse testem. Hoc responso dato discessit.

[15] Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant. Qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt; et pauci de nostris cadunt. Quo proelio sublatis Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere non numquam et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat, ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere. Ita dies circiter XV iter fecerunt uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut sex milibus passuum interesset.

[16] Interim cotidie Caesar Haeduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare. Nam propter frigora [quod Gallia sub septentrionibus, ut ante dictum est, posita est,] non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat; eo autem frumento quod flumine Arari navibus subvexerat propterea uti minus poterat quod iter ab Arari Helvetii averterant, a quibus discedere nolebat. Diem ex die ducere Haedui: conferri, comportari, adesse dicere. Ubi se diutius duci intellexit et diem instare quo die frumentum militibus metiri oporteret, convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Diviciaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat, quem *vergobretum* appellant Haedui, qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet potestatem, graviter eos accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi possit, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus ab iis non sublevetur, praesertim cum magna ex

gli Elvezi gli avessero consegnato degli ostaggi, a garanzia che avrebbero mantenuto le promesse, e avessero risarcito gli Edui, i loro alleati e gli Allobrogi per i danni arrecati, egli era disposto a concludere la pace. Divicone replicò che gli Elvezi erano stati educati dai loro antenati all'usanza di ricevere ostaggi, non di consegnarne: di ciò il popolo romano era testimone. Detto questo, se ne andò.

15. *Il giorno seguente gli Elvezi tolsero le tende. Lo stesso fece Cesare e mandò in avanscoperta tutta la cavalleria – circa quattromila uomini, reclutati sia in tutta la provincia, sia tra gli Edui e i loro alleati – per vedere in quale direzione marciassero i nemici. I nostri, inseguendo con troppa foga la retroguardia nemica, si scontrarono con la cavalleria degli Elvezi in un luogo sfavorevole e alcuni caddero. Gli Elvezi, esaltati dal successo, poiché con cinquecento cavalieri avevano sbaragliato un numero di nemici così alto, in molte occasioni, incominciarono ad attardarsi spavalidamente e a provocare i nostri con la loro retroguardia. Cesare tratteneva i suoi e si accontentava, per il momento, di impedire al nemico ruberie, foraggiamenti e saccheggi. Marciarono così per circa quindici giorni, in modo che la retroguardia del nemico e la nostra avanguardia non distassero più di cinque o sei miglia.*

16. *Intanto Cesare chiedeva ogni giorno agli Edui il grano che gli avevano promesso ufficialmente. Infatti, a causa del freddo – dato che la Gallia, come già si è detto, è situata a settentrione – non solo il frumento nei campi non era ancora maturo, ma non c'era neppure una quantità sufficiente di foraggio. Del grano, poi, che aveva fatto portare su con le barche risalendo l'Arar, Cesare non poteva far uso, giacché gli Elvezi si erano allontanati dal fiume ed egli non voleva perderne il contatto. Gli Edui rimandavano da un giorno all'altro: dicevano che il grano lo stavano raccogliendo, che era già in viaggio, che stava per arrivare. Quando si rese conto che s'andava per le lunghe e che incombeva il giorno in cui bisognava distribuire il frumento ai soldati, Cesare convocò i principi degli Edui, presenti in buon numero nell'accampamento; tra di essi c'erano Diviciaco e Lisco; costui era il magistrato che riveste la carica più alta – che gli Edui chiamano il "vergobreto" - ed è eletto annualmente ed ha*

parte eorum precibus adductus bellum suscepit; multo etiam gravius quod sit destitutus queritur.

[17] Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat proponit: esse non nullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus possint quam ipsi magistratus. Hos seditiosa atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant quod debeant: praestare, si iam principatum Galliae obtinere non possint, Gallorum quam Romanorum imperia perferre, neque dubitare [debeant] quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi. Ab isdem nostra consilia quaeque in castris gerantur hostibus enuntiari; hos a se coerceri non posse. Quin etiam, quod necessariam rem coactus Caesari enuntiarit, intellegere sese quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quam diu potuerit tacuisse.

[18] Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem, Diviciaci fratrem, designari sentiebat, sed, quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit, Liscum retinet. Quaerit ex solo ea quae in conventu dixerat. Dicit liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis quaerit; reperit esse vera: ipsum esse Dumnorigem, summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum. Complures annos portoria reliquaque omnia Haeduorum vectigalia parvo pretio redempta habere, propterea quod illo licente contra liceri audeat nemo. His rebus et suam rem familiarem auxisse et facultates ad largiendum magnas comparasse; magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere, neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse, atque huius potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocasse; ipsum ex Helvetiis uxorem habere,

potere di vita e di morte sui suoi concittadini. Cesare li accusò duramente di non ricevere da loro alcun soccorso, proprio quando il grano non poteva né comprarlo, né prenderlo dai campi, in un momento così critico e con il nemico così vicino, tanto più che aveva intrapreso la guerra spinto soprattutto dalle loro preghiere. Perciò, si lamentò ancor più pesantemente di essere stato abbandonato senza risorse.

17. *Allora Lisco, spinto dal discorso di Cesare, espose finalmente ciò che in precedenza aveva passato sotto silenzio: c'erano degli individui che godevano di grande ascendente sul popolo e che, da privati cittadini, avevano più potere dei magistrati stessi. Costoro, con discorsi sediziosi e proditori, inducevano la massa a non consegnare il grano dovuto: sostenevano che era meglio, se non erano più capaci di conservare la supremazia nella Gallia, essere soggetti al dominio dei Galli piuttosto che dei Romani; né si doveva dubitare che, una volta sconfitti gli Elvezi, i Romani avrebbero tolto la libertà agli Edui insieme agli altri Galli. Da costoro venivano riferiti ai nemici i nostri propositi e tutto ciò che accadeva nell'accampamento: Lisco non era in grado di tenerli a freno. Anzi, ora che era stato costretto a rivelare a Cesare una situazione così critica, ben comprendeva quale pericolo stesse correndo; e per tale ragione aveva taciuto il più a lungo possibile.*

18. *Cesare intuì che con questo discorso Lisco alludeva a Dumnorige, fratello di Diviziaco, ma non voleva trattare l'argomento di fronte a troppa gente; così, si affrettò a sciogliere l'assemblea, ma trattene Lisco. A tu per tu gli chiese delucidazioni su ciò che aveva detto durante la riunione e Lisco parlò con maggior franchezza e minor timore. Poi, segretamente, Cesare prese informazioni anche da altri e scoprì che era vero: si trattava proprio di Dumnorige, un individuo temerario, molto influente presso il popolo per la sua generosità e avido di cambiamenti. Per parecchi anni aveva ottenuto a poco prezzo l'appalto delle dogane e di tutte le altre imposte degli Edui, poiché nelle gare d'appalto nessuno osava contrastare le sue offerte. In questo modo aveva accresciuto il patrimonio familiare e si era procurato ingenti mezzi per fare delle elargizioni. Manteneva a sue spese un gran numero di cavalieri, che aveva sempre attorno a sé; godeva di molta autori-*

sorum ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates conlocasse. Favere et cupere Helvetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum adventu potentia eius deminuta et Diviciacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus. Si quid accidat Romanis, summam in spem per Helvetios regni obtinendi venire; imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat gratia desperare. Reperiebat etiam in quaerendo Caesar, quod proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum, initium eius fugae factum a Dumnorige atque eius equitibus (nam equitatu, quem auxilio Caesari Haedui miserant, Dumnorix praeerat): eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum.

[19] Quibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissimae res accederent, quod per fines Sequanorum Helvetios traduxisset, quod obsides inter eos dandos curasset, quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis sed etiam inscientibus ipsis fecisset, quod a magistratu Haeduorum accusaretur, satis esse causae arbitrabatur quare in eum aut ipse animadverteret aut civitatem animadvertere iuberet. His omnibus rebus unum repugnabat, quod Diviciaci fratris summum in populum Romanum studium, summum in se voluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognoverat; nam ne eius supplicio Diviciaci animum offenderet verebatur. Itaque prius quam quicquam conaretur, Diviciacum ad se vocari iubet et, cotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Troucillum, principem Galliae provinciae, familiarem suum, cui summam omnium rerum fidem habebat, cum eo conloquitur; simul commonefacit quae ipso praesente in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, et ostendit quae separatim quisque de eo apud se dixerit. Petit atque hortatur ut sine

tà non solo in patria, ma anche tra le genti confinanti e, per aumentare la sua potenza, aveva dato in sposa sua madre a un uomo molto nobile ed influente della tribù dei Biturigi, aveva preso in moglie egli stesso una donna degli Elvezi, e aveva fatto maritare una sua sorella per parte di madre e altre sue parenti con uomini che appartenevano ad altri popoli. Per tali ragioni di parentela favoriva gli Elvezi ed era ben disposto verso di loro; nutriva anche un odio personale nei confronti di Cesare e dei Romani, perché con il loro arrivo il suo potere era diminuito e suo fratello Diviziaco aveva riacquisito la precedente posizione di popolarità e d'onore. Nel caso di una sconfitta dei Romani aveva forti speranze di ottenere il regno con l'appoggio degli Elvezi; sotto il dominio del popolo romano, invece, non solo non poteva nutrire speranze di regnare, ma neppure di mantenere l'influenza che aveva. Proseguendo nella sua indagine, Cesare venne anche a sapere che, nello sfavorevole scontro di cavalleria avvenuto pochi giorni innanzi, il primo a fuggire era stato Dumnorige con i suoi cavalieri (infatti, era lui il comandante della cavalleria che gli Edui avevano mandato di rinforzo a Cesare): la loro fuga aveva seminato il panico tra gli altri reparti.

19. *Una volta appurato tutto ciò, e poiché ai sospetti si aggiungevano dati di assoluta certezza (Dumnorige aveva fatto passare gli Elvezi attraverso i territori dei Sequani; aveva promosso lo scambio degli ostaggi tra i due popoli; aveva agito sempre senza ricevere ordini da lui o dal popolo romano, anzi a loro insaputa; era, infine, accusato dal magistrato degli Edui), Cesare giudicò che vi fossero motivi sufficienti per procedere personalmente contro Dumnorige o per invitare il suo popolo a punirlo. A tutte queste considerazioni se ne opponeva una sola: Cesare aveva conosciuto l'eccezionale devozione del fratello Diviziaco verso il popolo romano, la disposizione davvero buona nei propri confronti, la straordinaria lealtà, giustizia e moderazione. Intervendendo contro Dumnorige temeva, quindi, di offendere i sentimenti di Diviziaco. Perciò, prima di prendere qualsiasi provvedimento, convocò Diviziaco: allontanati i soliti interpreti, utilizzò per il colloquio C. Valerio Trocillo, eminente personaggio della provincia della Gallia, suo parente, nel quale riponeva la massima fiducia. Cesare iniziò subito col ricordare a Di-*

eius offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuat vel civitatem statuere iubeat.

[20] Diviciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset, per se crevisset; quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed paene ad perniciem suam uteretur. Sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi commoveri. Quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum; qua ex re futurum uti totius Galliae animi a se averterentur. Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret, Caesar eius dextram prendit; consolatus rogat finem orandi faciat; tanti eius apud se gratiam esse ostendit uti et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet; quae in eo reprehendat ostendit; quae ipse intellegat, quae civitas queratur proponit; monet ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; praeterita se Diviciaco fratri condonare dicit. Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur scire possit.

[21] Eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedissee milia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus qui cognoscerent misit. Renuntiatum est facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum, legatum pro praetore, cum duabus legionibus et iis ducibus qui iter cognoverant summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii sit ostendit. Ipse de

viziaco tutto ciò che in sua presenza era stato detto su Dumnorige durante l'assemblea dei Galli e lo mise al corrente delle informazioni che ciascuno, singolarmente, gli aveva dato sul conto del fratello. Gli chiese, anzi lo esortò a non offendersi, se lui stesso, aperta un'inchiesta contro Dumnorige, avrebbe emesso un giudizio o avrebbe invitato gli Edui ad emetterlo.

20. Diviziaco, abbracciando Cesare, scoppiò in lacrime ed incominciò a scongiurarlo di non prendere provvedimenti troppo severi nei confronti del fratello. Sapeva che quelle accuse erano vere, ma egli ne era addolorato più di chiunque altro, poiché, quando era molto influente in patria e nel resto della Gallia, il fratello, che non lo era affatto a causa della sua giovane età, era salito in alto con il suo appoggio; ed ora si serviva delle risorse e delle forze acquisite, non solo per diminuire il favore di cui egli godeva, ma quasi per rovinare se stesso. Diviziaco, tuttavia, si sentiva scosso sia dall'affetto fraterno, sia dall'opinione della sua gente. Se Cesare avesse condannato Dumnorige ad una pena grave, nessuno avrebbe creduto alla sua estraneità, giacché lui teneva quel ruolo di amicizia presso Cesare, ragion per cui egli avrebbe perso la simpatia di tutta la Gallia. Chiese tutto questo con un fiume di parole e di lacrime, finché Cesare, prendendogli la mano destra e consolandolo, lo pregò di porre fine alle suppliche; dichiarò che la sua benevolenza aveva per lui tanto valore, da sacrificare al suo desiderio e alle sue preghiere sia l'offesa arretrata alla repubblica, sia il proprio risentimento. Alla presenza del fratello convocò Dumnorige, gli espose i motivi dei suoi rimproveri, le cose che aveva capito e quelle di cui il suo popolo si lamentava. Lo ammonì ad evitare in futuro qualsiasi sospetto e gli disse che gli perdonava il passato per riguardo a suo fratello Diviziaco. Lo fece mettere, però, sotto sorveglianza per poter sapere cosa facesse e con chi parlasse.

21. Nello stesso giorno Cesare venne a sapere dagli esploratori che i nemici si erano fermati alle pendici di un monte, a circa otto miglia dal suo accampamento; mandò pertanto qualcuno ad accertare quale fosse la conformazione del monte e se c'era la possibilità di salirvi aggirandolo. Al ritorno, gli fu riferito che vi si poteva salire con facilità. Cesare ordinò allora a T. Labieno, suo luogotenente con rango di pretore,

quarta vigilia eodem itinere quo hostes ierant ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

[22] Prima luce, cum summus mons a [Lucio] Labieno teneretur, ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset neque, ut postea ex captivis comperit, aut ipsius adventus aut Labieni cognitus esset, Considius equo admissus ad eum accurrit, dicit montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri: id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra visae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros expectabat proelioque abstinere. Multo denique die per exploratores Caesar cognovit et montem a suis teneri et Helvetios castra movisse et Considium timore perterritum quod non vidisset pro viso sibi renuntiavisse. Eo die quo consuerat intervallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit.

[23] Postridie eius diei, quod omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret, et quod a Bibracte, oppido Haeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat, rei frumentariae prospiciendum existimavit; itaque iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur. Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, sive eo quod re frumentaria intercludi posse confiderent, commutato consilio atque itinere converso

di salire dopo la mezzanotte sulla sommità del monte con due legioni e, avvalendosi delle guide che avevano effettuato il sopralluogo, gli chiari il suo piano. Egli stesso, poi, dopo le tre di notte, per la stessa via percorsa dal nemico, mosse contro gli Elvezi, preceduto da tutta la cavalleria. In avanscoperta, con gli esploratori, venne spedito Publio Considio, che aveva fama di soldato espertissimo per avere servito prima nell'esercito di Lucio Silla e, poi, in quello di Marco Crasso.

22. *Sul far dell'alba, mentre Labieno teneva la sommità del monte e Cesare non distava più di millecinquecento passi dall'accampamento dei nemici, che erano ignari, come si seppe in seguito dai prigionieri, sia del suo arrivo, sia della presenza di Labieno, Considio, a briglia sciolta, si precipitò da Cesare e gli comunicò che il monte, di cui Labieno avrebbe dovuto impadronirsi, era nelle mani dei nemici: lo aveva capito dalle armi e dalle insegne dei Galli. Cesare comandò alle sue truppe di ritirarsi sul colle più vicino e le schierò a battaglia. Labieno aveva ricevuto ordine di non attaccare finché non avesse visto nei pressi le truppe di Cesare dell'accampamento nemico, affinché l'assalto fosse sferrato contemporaneamente da tutti i lati. Labieno, perciò, teneva la sommità del monte e aspettava i nostri, senza attaccare. Solo a giorno già inoltrato Cesare seppe dagli esploratori che il monte era in mano ai suoi, che gli Elvezi avevano levato le tende e che Considio, in preda al panico, aveva riferito di avere visto ciò che, in realtà, non aveva visto. Quel giorno Cesare seguì i nemici alla solita distanza e si fermò a tre miglia dalle loro posizioni.*

23. *L'indomani, considerando che mancavano solo due giorni alla distribuzione delle razioni di grano e che Bibracte, la città degli Edui più grande e più ricca in assoluto, distava non più di diciotto miglia, Cesare giudicò di dover provvedere ai rifornimenti. Smise dunque di seguire gli Elvezi e si diresse verso Bibracte. Alcuni schiavi, fuggiti dalla cavalleria gallica del decurione Lucio Emilio, riferirono al nemico la cosa. Gli Elvezi, o perché pensavano che i Romani si allontanassero per paura, tanto più che il giorno prima non avevano attaccato pur occupando le alture, oppure perché calcolavano di poter impedire ai nostri l'approvvigionamento di grano, modificarono comunque i loro piani*

nostros a novissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt.

[24] Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subduxit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum; in summo iugo duas legiones quas in Gallia citeriore proxime conscripserat et omnia auxilia conlocavit, ita ut supra se totum montem hominibus compleret; impedimenta sarcinasque in unum locum conferri et eum ab iis qui in superiore acie constiterant muniri iussit. Helvetii cum omnibus suis carris secuti impedimenta in unum locum contulerunt; ipsi confertissima acie, reiecto nostro equitatu, phalange facta sub primam nostram aciem successerunt.

[25] Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tolleret, cohortatus suos proelium commisit. Milites loco superiore pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. Ea disiecta gladiis dstrictis in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento quod pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et conligatis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere neque sinistra impedita satis commode pugnare poterant, multi ut diu iactato brachio praeoptarent scutum manu emittere et nudo corpore pugnare. Tandem vulneribus defessi et pedem referre et, quod mons suberit circiter mille passuum spatio, eo se recipere coeperunt. Capto monte et succedentibus nostris, Boi et Tulingi, qui hominum milibus circiter XV agmen hostium claudebant et novissimis praesidio erant, ex itinere nostros ab latere aperto adgressi circumvenire, et id conspicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt. Romani conversa signa bipertito intulerunt: prima et secunda acies, ut victis ac submotis resisteret, tertia, ut venientes sustineret.

[26] Ita ancipiti proelio diu atque acriter

e, invertito il senso di marcia, incominciarono ad incalzare la nostra retroguardia e a provocarla al combattimento.

24. *Cesare, allorché se ne accorse, ritirò le sue truppe sul colle più vicino e mandò la cavalleria a fronteggiare l'attacco nemico. Nel frattempo, alla metà del colle schierò, su tre linee, le quattro legioni dei veterani, mentre sulla cima piazzò le due legioni da lui appena arruolate nella Gallia cisalpina e tutti i contingenti ausiliari, riempiendo di uomini tutto il monte. Contemporaneamente, ordinò che le salmerie venissero ammassate in un solo punto e che lo difendessero le truppe schierate più in alto. Gli Elvezi, che lo seguivano con tutti i loro carri, ammassarono in un unico posto i bagagli, si schierarono in formazione serratissima e respinsero la nostra cavalleria; quindi formarono la falange e avanzarono contro la nostra prima linea.*

25. *Cesare ordinò di allontanare e nascondere prima il suo cavallo, poi quelli degli altri: voleva rendere il pericolo uguale per tutti e togliere a ognuno la speranza di scampo nella fuga; poi, incitò i suoi uomini e attaccò. I soldati, dall'alto, lanciando i giavellotti, riuscirono con facilità a spezzare la falange nemica; e una volta scardinata la falange, sguainarono le spade e si gettarono all'assalto. I Galli combattevano con grande difficoltà, poiché molti dei loro scudi erano stati trapassati ed inchiodati da un solo lancio di giavellotti, ed essendosi ripiegata la loro punta, essi non riuscivano né a svellerli, né a combattere nel modo migliore con la sinistra impacciata. Molti, dopo avere a lungo scrollato il braccio, preferirono gettare a terra gli scudi e lottare a corpo scoperto. Alla fine, sfiancati per le ferite, incominciarono a ritirarsi e a cercar riparo su un monte, che si trovava a circa un miglio di distanza; lì si attestarono. Mentre i nostri si spingevano sotto, i Boi e i Tulingi, che con circa quindicimila uomini chiudevano la colonna nemica e proteggevano la retroguardia, aggirarono i nostri e li assalirono dal fianco scoperto. Vedendo ciò, gli Elvezi che si erano rifugiati sul monte ripresero a premere e lo scontro si riaccese. I Romani con una conversione attaccarono su due fronti: la prima e la seconda linea per tener testa agli Elvezi già battuti e respinti, la terza per reggere all'urto dei nuovi arrivati.*

26. *Così, la battaglia si protrasse a lungo e con*

pugnatum est. Diutius cum sustinere nostrorum impetus non possent, alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. Nam hoc toto proelio, cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, aversum hostem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod pro vallo carros obiecerunt et e loco superiore in nostros venientes tela coniciebant et non nulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant nostrosque vulnerabant. Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est. Ex eo proelio circiter hominum milia CXXX superfuerunt eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto pervenerunt, cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent. Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuarent: qui si iuissent, se eodem loco quo Helvetios habiturum. Ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit.

[27] Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditioe ad eum miserunt. Qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent, atque eos in eo loco quo tum essent suum adventum expectare iussisset, paruerunt. Eo postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos qui ad eos perfugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa circiter hominum milia VI eius pagi qui Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte e castris Helvetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt.

accanimento su due fronti. Alla fine, quando non poterono più sostenere l'attacco dei nostri, gli Elvezi, come già avevano fatto prima, in parte si misero al sicuro sul monte, e in parte si ritirarono là dove avevano ammassato i bagagli ed i carri. Infatti, per tutto il tempo del combattimento, durato dalla settima ora del giorno fino al tramonto, nessuno poté vedere un solo nemico in fuga. Nei pressi delle salmerie si lottò addirittura fino a notte inoltrata, perché gli Elvezi avevano disposto i carri come una trincea e dall'alto scagliavano frecce sui nostri che attaccavano; mentre alcuni, appostati tra i carri e le ruote, lanciavano matare e tragule, per ferirli. Dopo una lunga lotta, i soldati romani si impadronirono dell'accampamento e delle salmerie. Qui vennero fatti prigionieri la figlia di Orgetorige e uno dei figli. Sopravvissero allo scontro centotrentamila Elvezi e per tutta la notte marciarono ininterrottamente. Senza fermarsi mai, neppure nelle notti seguenti, giunsero dopo tre giorni nel territorio dei Lingoni. I nostri, invece, sia per curare le ferite riportate dai soldati, sia per dare sepoltura ai morti, si attardarono per tre giorni e non poterono inseguirli. Cesare mandò ai Lingoni una lettera e dei messaggeri per proibire loro di fornire agli Elvezi viveri o altro: in caso contrario, li avrebbe trattati alla stessa stregua. Poi, al quarto giorno, riprese l'inseguimento con tutte le sue truppe.

27. *Agli Elvezi mancava tutto il necessario per proseguire la guerra, perciò inviarono una delegazione a trattare la resa. Cesare era ancora in marcia quando questi gli si fecero incontro e, gettatisi ai suoi piedi, gli chiesero la pace, piangendo e supplicando. Egli ordinò di attendere il suo arrivo là dove ora si trovavano, ed essi obbedirono. Appena giunto, Cesare chiese la consegna degli ostaggi, delle armi e degli schiavi fuggiti presso di loro. Mentre gli Elvezi stavano ancora provvedendo alla ricerca e alla raccolta, scese la notte, nelle prime ore della quale circa seimila uomini del cantone dei Verbigeni – forse perché temevano di essere uccisi, una volta consegnate le armi, oppure perché speravano di salvarsi, pensando che in mezzo a tanta gente che si era arresa la loro fuga potesse rimanere nascosta o passare del tutto inosservata – uscirono dall'accampamento degli Elvezi e si diressero verso il Reno e i territori dei Germani.*

[28] Quod ubi Caesar rescivit, quorum per fines ierant his uti conquererent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit; reductos in hostium numero habuit; reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis in deditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti iussit, et, quod omnibus frugibus amissis domi nihil erat quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit ut iis frumenti copiam facerent; ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum unde Helvetii discesserant vacare, ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, ex suis finibus in Helvetiorum fines transirent et finitimi Galliae provinciae Allobrogibusque essent. Boios petentibus Haeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis conlocarent, concessit; quibus illi agros dederunt quosque postea in parem iuris libertatisque condicionem atque ipsi erant receperunt.

[29] In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae et ad Caesarem relatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent, et item separatim, quot pueri, senes mulieresque. Quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum milium CCLXIII, Tulingorum milium XXXVI, Latobrigorum XIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII; ex his qui arma ferre possent ad milia nonaginta duo. Summa omnium fuerunt ad milia CCCLXVIII. Eorum qui domum redierunt censu habito, ut Caesar imperaverat, repertus est numerus milium C et X.

[30] Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt: intellegere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse, propterea quod

28. Appena Cesare lo seppe, ordinò alle popolazioni dei territori che quegli uomini avevano attraversato di cercarli e di riportarglieli, se volevano essere giustificati ai suoi occhi; e i Verbigeni che gli furono riportati li trattò come nemici, mentre accettò la resa di tutti gli altri che gli consegnarono ostaggi, armi e fuggiaschi. Comandò agli Elvezi, ai Tulingi e ai Latobrigi di ritornare nei territori dai quali erano partiti e, poiché in patria erano andati perduti tutti i raccolti e non avevano più nulla con cui sfamarsi, impose agli Allobrogi di rifornirli di grano. Comandò inoltre agli Elvezi di ricostruire le città e i villaggi che avevano incendiato. Questi provvedimenti furono dettati, soprattutto, dall'intenzione di non lasciare spopolati i territori dai quali gli Elvezi si erano mossi, affinché, data la fertilità delle campagne, non vi si trasferissero dalle loro terre i Germani stanziati oltre il Reno, venendo così a confinare con la provincia della Gallia e con gli Allobrogi. Accettò la richiesta degli Edui di accogliere i Boi, che erano famosi per il loro grande valore, entro i propri territori. Gli Edui diedero ai Boi campi da coltivare e, in seguito, gli concessero parità di diritti e la medesima condizione di libertà di cui loro stessi godevano.

29. Nell'accampamento degli Elvezi vennero trovate e consegnate a Cesare delle tavole scritte in caratteri greci nelle quali era stato redatto un elenco nominativo che mostrava il numero di quelli che avevano lasciato i loro territori, degli uomini in grado di combattere, e anche, separatamente, una lista riguardante i bambini, i vecchi e le donne. La somma era di duecentosessantatremila persone per gli Elvezi, trentaseimila per i Tulingi, quattordicimila per i Latobrigi, ventitremila per i Rauraci, trentaduemila per i Boi, dei quali circa novantaduemila erano quelli in grado di portare armi. Il totale generale ammontava a trecentosessantottomila. Di questi, come si scoprì dopo un censimento ordinato da Cesare, ne rientrarono in patria centodiecimila.

30. Terminata la guerra con gli Elvezi, i più autorevoli cittadini dei vari popoli, in veste di ambasciatori, vennero da quasi tutta la Gallia a congratularsi con Cesare. Si rendevano ben conto – dissero – che, sebbene Cesare avesse punito con quella guerra le vecchie offese inflitte dagli Elvezi al popolo romano, tuttavia ne

eo consilio florentissimis rebus domos suas Helvetii reliquissent uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia deligerent quem ex omni Gallia oportunissimum ac fructuosissimum iudicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. Petierunt uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris facere voluntate liceret: sese habere quasdam res quas ex communi consensu ab eo petere vellent. Ea re permissa diem concilio constituerunt et iure iurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

[31] Eo concilio dimisso, idem princeps civitatum qui ante fuerant ad Caesarem reverterunt petieruntque uti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt: non minus se id contendere et laborare ne ea quae dixissent enuntiarentur quam uti ea quae vellent impetrarent, propterea quod, si enuntiatum esset, summum in cruciatum se venturos viderent. Locutus est pro his Diviciacus Haeduus: Galliae totius factiones esse duas; harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti ab Arvernibus Sequanisque Germani mercede arcesserentur. Horum primo circiter milia XV Rhenum transisse; postea quam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plures; nunc esse in Gallia ad C et XX milium numerum. Cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse. Quibus proeliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis et iure iurando civitatem obstringere sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploratos neque recusatos quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. Unum se esse ex omni civitate Haeduorum qui adduci non

aveva tratto vantaggio la Gallia intera non meno di Roma, poiché gli Elvezi, pur godendo di grande prosperità, avevano abbandonato le loro sedi per portare guerra a tutta la Gallia, conquistarne il dominio e scegliersi per insediamento la regione che, fra le tante, avessero giudicato più vantaggiosa e fertile, assoggettando tutti gli altri popoli come tributari. Chiesero a Cesare di poter tenere con il suo permesso una riunione generale dei Galli in un giorno prestabilito, giacché volevano presentargli delle richieste, sulle quali c'era completo accordo. Ottenuto il permesso, fissarono il giorno per l'assemblea e giurarono tutti solennemente di non rivelare gli argomenti trattati, se non a chi fosse stato concordemente designato.

31. *Dopo che l'assemblea fu sciolta, si ripresentarono a Cesare gli stessi principi delle varie popolazioni che già erano venuti da lui, e gli chiesero di poter discutere con lui segretamente di questioni che riguardavano la sopravvivenza loro e di tutti. Ottenuto il permesso, si gettarono tutti in lacrime ai piedi di Cesare: cercavano e si preoccupavano – dissero – di non fare trapelare nulla del loro colloquio non meno di quanto desiderassero vedere esaudite le proprie richieste, perché, se la cosa si fosse risaputa, sarebbero caduti nelle più atroci sventure. A nome di tutti parlò l'eduo Diviziaco, il quale spiegò che tutta la Gallia era divisa in due fazioni: una con a capo gli Edui, l'altra con a capo gli Arverni. I due popoli, per molti anni, avevano tenacemente combattuto tra loro per la supremazia, fino a che gli Arverni ed i Sequani non erano ricorsi all'aiuto dei Germani, assoldandoli. Questi, in un primo tempo, avevano passato il Reno in circa quindicimila; successivamente, però, quella gente rozza e barbara aveva cominciato ad apprezzare i campi, la civiltà e le ricchezze dei Galli, per cui ne avevano fatti venire molti altri: adesso, in Gallia, se ne trovavano circa centoventimila. Gli Edui ed i popoli loro vassalli li avevano affrontati più di una volta, ma erano stati pesantemente sconfitti, perdendo nella catastrofe tutti i nobili, tutti i senatori, tutti i cavalieri. Queste battaglie e queste calamità li avevano prostrati; potenti un tempo in Gallia sia per il loro valore, sia per l'ospitalità e l'amicizia che li legava al popolo romano, adesso s'erano visti costretti a consegnare in ostaggio ai Sequani i cittadini più nobili e a*

potuerit ut iuraret aut liberos suos obsides daret. Ob eam rem se ex civitate profugisse et Romam ad senatum venisse auxilium postulatum, quod solus neque iure iurando neque obsidibus teneretur. Sed peius victoribus Sequanis quam Haeduis victis accidisse, propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum XXIII ad eum venissent, quibus locus ac sedes pararentur. Futurum esse paucis annis uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent; neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam. Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit ad Magetobrigam, superbe et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere et in eos omnia exempla cruciatusque edere, si qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit. Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse eius imperia diutius sustineri. Nisi quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum quod Helvetii fecerint, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germanis, petant fortunamque, quaecumque accidat, experiantur. Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubitare quin de omnibus obsidibus qui apud eum sint gravissimum supplicium sumat. Caesarem vel auctoritate sua atque exercitus vel recenti victoria vel nomine populi Romani deterrere posse ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur, Galliamque omnem ab Ariovisti iniuria posse defendere.

[32] Hac oratione ab Diviciaco habita omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petere coeperunt. Animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere quas ceteri facerent sed tristes capite demisso

vincolare il popolo con giuramento di non chiedere la restituzione, di non implorare l'aiuto del popolo romano e di accettare in eterno il loro dominio e la loro autorità. Egli, tra tutti gli Edui, era l'unico che non avevano potuto costringere a giurare, né a consegnare i propri figli in ostaggio. Perciò era fuggito dalla propria terra ed era venuto a Roma dal senato per chiedere aiuto, perché lui solo non era vincolato da giuramenti o da ostaggi. Ma ai Sequani vittoriosi era toccata una sorte peggiore che agli Edui vinti, poiché Ariovisto, re dei Germani, si era stabilito nei territori dei Sequani e aveva occupato un terzo delle loro campagne, le più fertili dell'intera Gallia; e ora poi imponeva ai Sequani di evacuarne un altro terzo, giacché pochi mesi prima lo avevano raggiunto ventiquattromila Arudi e voleva trovare per loro un luogo in cui potessero stanziarsi. Nello spazio di pochi anni tutti i Galli sarebbero stati scacciati dai loro territori e tutti i Germani avrebbero oltrepassato il Reno. Non c'era paragone, infatti, tra le campagne dei Galli e quelle dei Germani, né tra i loro tenori di vita. Ariovisto, poi, da quando aveva vinto l'esercito dei Galli presso Magetobriga, regnava con superbia e crudeltà, chiedeva in ostaggio i figli dei più nobili e li tormentava con le più atroci forme di punizione e di tortura, se non eseguivano gli ordini secondo il suo cenno e volere. Era un uomo barbaro, iracondo e temerario; non si potevano sopportare più a lungo le sue prepotenze. Se non avessero trovato aiuto in Cesare e nel popolo romano, tutti i Galli avrebbero dovuto imitare gli Elvezi: emigrare dalla patria, cercarsi nuova dimora e nuove sedi lontane dai Germani, tentare la sorte qualunque essa fosse. Ma se tutto questo fosse stato riferito ad Ariovisto, era certo che a tutti gli ostaggi in sua mano sarebbero stati inflitti terribili supplizi. Cesare – avvalendosi del proprio prestigio, o della recente vittoria dell'esercito, o della fama del popolo romano – poteva impedire che una ancor maggiore moltitudine di Germani attraversasse il Reno e difendere tutta la Gallia dai soprusi di Ariovisto.

32. *Tenuto questo discorso da Diviciaco, tutti i presenti, con gran pianto, iniziarono ad implorare l'aiuto di Cesare. Cesare s'accorse che, soli fra tutti, i Sequani non facevano nessuna di quelle cose che facevano gli altri, ma, tristi e a*

terram intueri. Eius rei quae causa esset miratus ex ipsis quaesiit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino vocem exprimere posset, idem Diviciacus Haeduus respondit: hoc esse miseriolem et graviorem fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent, propterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur, Sequanis vero, qui intra fines suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi.

[33] His rebus cognitis Caesar Gallorum animos verbis confirmavit pollicitusque est sibi eam rem curae futuram; magnam se habere spem et beneficio suo et auctoritate adductum Ariovistum finem iniuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimisit. Et secundum ea multae res eum hortabantur quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret, in primis quod Haeduos, fratres consanguineosque saepe numero a senatu appellatos, in servitute atque in ditione videbat Germanorum teneri eorumque obsides esse apud Ariovistum ac Sequanos intellegebat; quod in tanto imperio populi Romani turpissimum sibi et rei publicae esse arbitrabatur. Paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire et in Galliam magnam eorum multitudinem venire populo Romano periculosum videbat, neque sibi homines feroces ac barbaros temperatos existimabat quin, cum omnem Galliam occupavissent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam exirent atque inde in Italiam contenderent, praesertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret; quibus rebus quam maturime occurrendum putabat. Ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur.

[34] Quam ob rem placuit ei ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent uti aliquem locum medium utrisque conloquio deligeret: velle sese de re publica et summis

capo chino, tenevano lo sguardo fisso a terra. Meravigliato, chiese loro quale ne fosse la causa. I Sequani non risposero, ma rimasero silenziosi, nello stesso atteggiamento di tristezza. Più volte Cesare ripeté la sua domanda, senza poter cavare loro di bocca la benché minima parola. Rispose allora lo stesso Diviziaco: la sorte dei Sequani era più misera e più grave di quella degli altri giacché, neppure in segreto, osavano lamentarsi ed implorare aiuto e rabbrivivano per la crudeltà di Ariovisto assente come se fosse stato lì presente; poiché gli altri, almeno, avevano modo di fuggire, mentre i Sequani, che avevano accolto Ariovisto nei loro territori e avevano tutte le loro città nelle sue mani, dovevano subire atrocità d'ogni sorta.

33. *Sapute queste cose, Cesare rinfrancò con le sue parole gli animi dei Galli e promise che avrebbe preso a cuore la faccenda: nutriva fondate speranze che Ariovisto, in considerazione dei benefici ricevuti grazie a lui e del suo prestigio, avrebbe posto fine ai suoi soprusi. Detto ciò, sciolse la riunione. Molte considerazioni, oltre alle precedenti, lo spingevano a ritenere che fosse necessario riflettere sulla situazione e occuparsene: in primo luogo perché vedeva che gli Edui, più volte definiti dal senato fratelli e consanguinei, erano tenuti in schiavitù e sudditanza dai Germani ed intendeva che loro ostaggi si trovavano nelle mani di Ariovisto e dei Sequani, cosa che, data la potenza del popolo romano, giudicava una vergogna per sé e per la repubblica. In secondo luogo riteneva pericoloso per il popolo romano che i Germani, a poco a poco, prendessero l'abitudine di oltrepassare il Reno e di stanziarsi in massa nella Gallia, e reputava che quella gente rozza e barbara, una volta occupata tutta la Gallia, come già avevano fatto i Cimbri ed i Teutoni, non si sarebbe trattenuta dall'irrompere nella nostra provincia e di dirigersi di là verso l'Italia, soprattutto tenendo conto che soltanto il Rodano divideva le terre dei Sequani dalla nostra provincia. Reputava, dunque, che tale situazione andasse affrontata al più presto. Ariovisto stesso, poi, aveva assunto tanto orgoglio e tanta arroganza, da sembrare intollerabile.*

34. *Perciò, Cesare decise di mandare ad Ariovisto degli ambasciatori, incaricati di chiedergli che scegliesse un luogo a metà strada tra loro per un colloquio: desiderava trattare di que-*

utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus respondit: si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille se velit, illum ad se venire oportere. Praeterea se neque sine exercitu in eas partes Galliae venire audere quas Caesar possideret, neque exercitum sine magno comaeatu atque molimento in unum locum contrahere posse. Sibi autem mirum videri quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari aut omnino populo Romano negotii esset.

[35] His responsis ad Caesarem relatis, iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit: quoniam tanto suo populi que Romani beneficio adfectus, cum in consulatu suo rex atque amicus a senatu appellatus esset, hanc sibi populo que Romano gratiam referret ut in conloquium venire invitatus gravaretur neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret, haec esse quae ab eo postularet: primum ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traderet; deinde obsides quos haberet ab Haeduis redderet Sequanisque permetteret ut quos illi haberent voluntate eius reddere illis liceret; neve Haeduos iniuria lacesseret neve his sociisque eorum bellum inferret. Si id ita fecisset, sibi populo que Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram; si non impetraret, sese, quoniam M. Messala, M. Pisone consulibus senatus censuisset uti quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo rei publicae facere posset, Haeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet, se Haeduorum iniurias non neglecturum.

[36] Ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli ut qui vicissent iis quos vicissent quem ad modum vellent imperarent. Item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. Si ipse populo Romano non praescriberet quem ad modum suo iure uteretur, non oportere se a populo Romano in suo iure impediri. Haeduos sibi, quoniam belli fortunam temptassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios

stioni politiche della massima importanza per entrambi. Agli ambasciatori Ariovisto rispose così: se gli serviva qualcosa da Cesare, si sarebbe recato da lui di persona; ma se era Cesare a volere qualcosa, toccava a lui andare da Ariovisto. Inoltre, non si arrischiava a recarsi senza esercito nelle zone della Gallia occupate da Cesare, né era possibile radunare l'esercito senza ingenti scorte di viveri e grandi sforzi. Del resto, si domandava con meraviglia che cosa avessero a che fare Cesare o, in generale, il popolo romano con la parte di Gallia da lui conquistata in guerra.

35. *Ricevuta tale risposta, Cesare mandò nuovamente ad Ariovisto degli ambasciatori, col compito di comunicargli quanto segue: egli aveva ottenuto grandi benefici da lui e dal popolo romano, poiché durante il suo consolato era stato proclamato re e amico del senato. Adesso, poiché dimostrava in tal modo a lui e al popolo romano la sua gratitudine, rifiutandosi di venire a colloquio benché invitato e ritenendo di non dover discutere o conoscere questioni di interesse comune, queste erano allora le sue richieste: primo, di non far più passare in Gallia, attraverso il Reno, altri Germani; secondo, di restituire gli ostaggi ricevuti dagli Edui e di permettere ai Sequani di rendere quelli che detenevano per ordine suo; infine, di non molestare più gli Edui con provocazioni e di non muovere guerra ad essi e ai loro alleati. Comportandosi così, Ariovisto si sarebbe garantito per sempre il favore e l'amicizia suoi e del popolo romano. Se, invece, non avesse acconsentito, Cesare non sarebbe rimasto indifferente alle offese inflitte agli Edui, poiché durante il consolato di M. Messala e M. Pisone il senato aveva stabilito che il governatore della Gallia doveva difendere, finché possibile senza disagio per la repubblica, gli Edui e gli altri amici del popolo romano.*

36. *Ariovisto replicò così: il diritto di guerra permetteva ai vincitori di dominare i vinti a proprio piacimento; allo stesso modo il popolo romano era abituato a governare i vinti non secondo le imposizioni altrui, ma a propria discrezione. Se Ariovisto non dava ordini ai Romani su come esercitare il loro diritto, non c'era quindi ragione che i Romani ponessero ostacoli a lui, quando applicava il suo. Gli Edui avevano tentato la sorte in guerra, avevano combattuto*

esse factos. Magnam Caesarem iniuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. Haeduis se obsides redditurum non esse neque his neque eorum sociis iniuria bellum inlaturum, si in eo manerent quod convenisset stipendiumque quotannis penderent; si id non fecissent, longe iis fraternum nomen populi Romani afuturum. Quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contempsisse. Cum vellet, congregaretur: intellecturum quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui inter annos XIII tectum non subissent, virtute possent.

[37] Haec eodem tempore Caesari mandata referebantur et legati ab Haeduis et a Treveris veniebant: Haedui questum quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur: sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariovisti redimere potuissent; Treveri autem, pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedisserunt, qui Rhenum transire conarentur; his praeesse Nasuam et Cimberium fratres. Quibus rebus Caesar vehementer commotus maturandum sibi existimavit, ne, si nova manus Sueborum cum veteribus copiis Ariovisti sese coniunxisset, minus facile resisti posset. Itaque re frumentaria quam celerrime potuit comparata magnis itineribus ad Ariovistum contendit.

[38] Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique viam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere sibi praecavendum Caesar existimabat. Namque omnium rerum quae ad bellum usui erant summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic muniebatur ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Dubis ut circino circumductum paene totum oppidum cingit, reliquum spatium, quod est non amplius pedum MDC, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices eius montis ex utraque parte ripae fluminis contingant, hunc

ed erano stati sconfitti in battaglia; perciò, li aveva resi suoi tributari. Cesare gli infliggeva un grave danno, perché con il suo arrivo erano diminuiti i tributi dei popoli sottomessi. Non avrebbe restituito gli ostaggi agli Edui, ma non avrebbe neppure mosso guerra ad essi, né ai loro alleati, se avessero rispettato gli obblighi assunti, pagando ogni anno i tributi. In caso contrario, poco sarebbe servito loro il titolo di fratelli del popolo romano. Quanto all'avvertimento di Cesare che non avrebbe lasciato impunte le offese inferte agli Edui, gli rispondeva che nessuno aveva combattuto contro Ariovisto senza subire una disfatta. Attaccasse pure quando voleva: si sarebbe reso conto della potenza e del valore degli invitti Germani, che erano addestratissimi e per quattordici anni non avevano mai avuto bisogno di un tetto.

37. *Nel momento stesso in cui veniva riferita a Cesare la risposta di Ariovisto, giungevano ambasciatori dagli Edui e dai Treviri. Gli Edui si lamentavano poiché gli Arudi, da poco trasferiti in Gallia, devastavano le loro terre, né la consegna degli ostaggi era valsa a placare Ariovisto. I Treviri, invece, dicevano che cento tribù degli Svevi si erano stabilite lungo le rive del Reno e tentavano di attraversarlo, sotto il comando dei fratelli Nasua e Cimberio. Cesare, fortemente scosso dalle notizie, giudicò di dover accelerare i tempi per evitare di incontrare maggiore resistenza, se il nuovo gruppo degli Svevi si fosse aggiunto alle precedenti truppe di Ariovisto. Perciò, fatta provvista di grano nel minor tempo possibile, mosse contro Ariovisto forzando le tappe.*

38. *Era in marcia da tre giorni, quando gli riferirono che Ariovisto si dirigeva con tutte le sue truppe verso Vesonzione, la più grande città dei Sequani, per occuparla, e già da tre giorni marciava fuori dai suoi territori. Cesare giudicò di dover impedire a ogni costo che Vesonzione cadesse. Infatti, nella città si trovava, in abbondanza, tutto ciò che serve in guerra; inoltre, era così protetta dalla conformazione naturale, da permettere con facilità le operazioni belliche, essendo circondata quasi completamente dal fiume Dubi, come se il suo corso fosse stato tracciato con un compasso; mentre dove non scorre il fiume, in una zona che si estende per non più di milleseicento piedi, sorge un monte molto elevato, la cui base tocca da entrambi i*

murus circumdatus arcem efficit et cum oppido coniungit. Huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesidium conlocat.

[39] Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque causa moratur, ex percontatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant (saepe numero sese cum his congressos ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse), tantus subito timor omnem exercitum occupavit ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret. Hic primum ortus est a tribunis militum, praefectis, reliquisque qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti non magnum in re militari usum habebant: quorum alius alia causa inlata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat ut eius voluntate discedere liceret; non nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timore paulatim etiam ii qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque quique equitatus praerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem silvarum quae intercederent inter ipsos atque Ariovistum, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant. Non nulli etiam Caesari nuntiabant, cum castra moveri ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites neque propter timorem signa laturos.

[40] Haec cum animadvertisset, convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incusavit: primum, quod aut quam in partem aut quo consilio ducerentur sibi quaerendum aut

lati le sponde del Dubi. Un muro circonda il monte, lo unisce alla città e ne fa una roccaforte. Cesare vi si diresse a tappe forzate di giorno e di notte. Occupò la città e vi pose una guarnigione.

39. *Nei pochi giorni in cui Cesare si trattenne a Vesonzione per rifornirsi di grano e di viveri, i Galli e i mercanti, interrogati dai nostri soldati, andavano dicendo che i Germani erano uomini dal fisico imponente, incredibilmente valorosi e molto aadestrati al combattimento; spesso li avevano affrontati, ma non erano riusciti nemmeno a sostenerne l'espressione del volto e l'intensità dello sguardo. Di colpo, in seguito a tali voci, si impadronì dei nostri soldati un timore così grande, da sconvolgere profondamente le menti e gli animi di tutti. Dapprima, si manifestò tra i tribuni militari, i prefetti e gli altri ufficiali che avevano seguito Cesare da Roma per ragioni di amicizia, senza possedere grande esperienza militare. Tutti adducevano scuse, chi l'una, chi l'altra, sostenendo di avere dei motivi che li costringevano a partire, e ne chiedevano a Cesare il permesso. Alcuni, tratti dalla vergogna, rimanevano, per non destare il sospetto di viltà, ma non potevano simulare l'espressione del volto, né trattenere di tanto in tanto le lacrime; acquattati nelle loro tende, o si lamentavano del loro destino o compiangevano insieme ai loro amici il pericolo comune. In ogni angolo dell'accampamento si facevano testamenti. Le dicerie ed il terrore di costoro, a poco a poco, turbavano anche le persone provviste di grande esperienza militare: legionari, centurioni e capi della cavalleria. Chi fra costoro voleva apparire meno pusillanime diceva di paventare non tanto il nemico, quanto le strette gole per cui dovevano passare e l'estensione delle foreste che li dividevano da Ariovisto, oppure di aver paura che il frumento non potesse essere trasportato tanto facilmente. Alcuni avevano addirittura riferito a Cesare che, al suo ordine di levare le tende e di mettersi in marcia, i soldati non avrebbero obbedito e non avrebbero mosso le insegne, tanto erano terrorizzati.*

40. *Non appena se ne avvide, Cesare riunì il consiglio di guerra e convocò anche i centurioni di ogni reparto, e li rimproverò aspramente, perché, soprattutto, avevano la presunzione di chiedersi e di rimuginare dove li portasse e con*

cogitandum putarent. Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam adpetisse; cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? Sibi quidem persuaderi cognitis suis postulatis atque aequitate condicionum perspecta eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum. Quod si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? Aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent? Factum eius hostis periculum patrum nostrorum memoria Cimbris et Teutonis a C. Mario pulsus non minorem laudem exercitus quam ipse imperator meritis videbatur; factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis acceperant, sublevarint. Ex quo iudicari posse quantum haberet in se boni constantia, propterea quod quos aliquam diu inermes sine causa timuissent hos postea armatos ac victores superassent. Denique hos esse eosdem Germanos quibuscum saepe numero Helvetii congressi non solum in suis sed etiam in illorum finibus plerumque superarint, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. Si quos adversum proelium et fuga Gallorum commoveret, hos, si quaerent, reperire posse diuturnitate belli defatigatis Gallis Ariovistum, cum multos menses castris se ac paludibus tenuisset neque sui potestatem fecisset, desperantes iam de pugna et dispersos subito adortum magis ratione et consilio quam virtute vicisse. Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itineris conferrent, facere arroganter, cum aut de officio imperatoris desperare aut praescribere viderentur. Haec sibi esse curae; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iamque esse in agris frumenta matura; de itinere ipsos brevi tempore iudicatos. Quod non fore dicto audientes neque signa latenti dicantur, nihil se ea re commoveri: scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse aut aliquo facinore comperto avaritiam esse convictam. Suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam. Itaque se quod in longiorem diem conlaturus fuisset repraesentaturum et proxima nocte de quarta vigilia castra moturum, ut quam

quali intenzioni. Durante il suo consolato, Ariovisto aveva ricercato con molta ansia l'amicizia del popolo romano: perché si doveva supporre che sarebbe venuto meno ai propri doveri tanto avventatamente? Dal canto suo, egli era convinto che Ariovisto, una volta conosciute le sue richieste e constatata l'equità delle condizioni proposte, non avrebbe disdegnato l'appoggio suo e del popolo romano. E anche ammesso che, per un demenziale impulso d'ira, avesse mosso guerra ai Romani, cosa mai dovevano temere? Che motivo c'era di non aver più fiducia nel valore dei soldati o nella sua efficienza di generale? Ai tempi dei loro padri avevano già affrontato il pericolo rappresentato da quei nemici, quando i Cimbri e i Teutoni erano stati sconfitti da C. Mario e l'esercito si era meritato non meno gloria dello stesso comandante vittorioso; e ancor più di recente, in Italia, avevano corso un pericolo simile con la rivolta degli schiavi, che pure si erano avvalsi della pratica e della disciplina imparata dai Romani. Tali esempi permettevano di giudicare come sia positiva in sé la fermezza d'animo: il nemico, temuto per lungo tempo e senza motivo quando era ancora privo d'armi, lo avevano successivamente sbaragliato allorché s'era mostrato armato e vittorioso. E infine, costoro erano gli stessi Germani con i quale gli Elvezi si erano più volte scontrati, non solo nei propri territori, ma anche nei loro, riportando la vittoria nella maggior parte dei casi: e gli Elvezi non potevano certo essere paragonabili all'esercito romano. Coloro che si sgomentavano poiché i Galli erano stati sconfitti e messi in fuga, avrebbero scoperto, se si fossero informati, che Ariovisto aveva logorato i suoi avversari con una guerra di attesa, tenendosi per molti mesi negli accampamenti e tra le paludi, senza esporsi mai allo scontro: quando poi i Galli disperavano ormai di poter combattere e si erano disuniti, li aveva assaliti all'improvviso, riuscendo a sconfiggerli grazie ai suoi calcoli e alla sua accortezza più che al suo valore. Ma se c'era spazio per questi calcoli contro dei barbari privi di esperienza militare, neppure Ariovisto stesso poteva illudersi di poter sopraffare il nostro esercito in tal modo. Chi dissimulava il proprio timore, dicendo di essere preoccupato per le scorte di grano e per la strada molto stretta, era un insolente, perché non si fidava delle capacità del coman-

primum intellegere posset utrum apud eos pudor atque officium an timor plus valeret. Quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitet, sibi que eam praetoriam cohortem futuram. Huic legioni Caesar et indulserat praecipue et propter virtutem confidebat maxime.

[41] Hac oratione habita mirum in modum conversae sunt omnium mentes summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est, princepsque X. legio per tribunos militum ei gratias egit quod de se optimum iudicium fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. Deinde reliquae legiones cum tribunis militum et primorum ordinum centurionibus egerunt uti Caesari satis facerent: se neque umquam dubitasse neque timuisse neque de summa belli suum iudicium sed imperatoris esse existimavisse. Eorum satisfactione accepta et itinere exquisito per Diviciacum, quod ex Gallis ei maximam fidem habebat, ut milium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, ut dixerat, profectus est. Septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est Ariovisti copias a nostris milia passuum IIII et XX abesse.

[42] Cognito Caesaris adventu Ariovistus legatos ad eum mittit: quod antea de conloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam

dante o addirittura voleva impartirgli delle direttive. Quelli erano compiti del comandante; i Sequani, i Leuci e i Lingoni rifornivano il grano, ormai già maturo nei campi; quanto alla strada, avrebbero giudicato tra breve essi stessi. Se si mormorava che i soldati non avrebbero eseguito gli ordini, né levato il campo, non se ne curava minimamente: sapeva che le truppe non obbediscono a comandanti che avevano fallito un'impresa o erano stati abbandonati dalla fortuna, oppure a coloro dei quali era stato scoperto un misfatto e dimostrata l'avidità. Tutta la sua vita comprovava la sua integrità, la guerra contro gli Elvezi la sua fortuna. Avrebbe quindi dato subito l'ordine che voleva rimandare a più tardi: la notte successiva, al quarto turno di guardia, avrebbe levato le tende per accertarsi al più presto se in loro prevaleva la dignità e il senso del dovere, oppure la paura. E se poi nessuno lo avesse seguito, si sarebbe comunque messo in marcia con la sola decima legione, su cui non aveva dubbi e che sarebbe stata la sua coorte pretoria. Nei confronti della decima legione Cesare aveva una benevolenza particolare e in essa riponeva la massima fiducia per il suo valore.

41. *Questo discorso mutò in modo sorprendente lo stato d'animo di tutti e in ognuno nacque una gran voglia di agire, un gran desiderio di combattere. Per prima la decima legione, tramite i tribuni militari, lo ringraziò per lo straordinario apprezzamento ricevuto e confermò di essere prontissima a scendere in battaglia. Poi le altre legioni, con i tribuni militari e i centurioni più alti in grado, provvidero a scusarsi con Cesare: non avevano mai nutrito dubbi o timori, né avevano pensato che la valutazione delle scelte strategiche spettasse a loro, anziché al comandante. Cesare ne accettò le scuse e a Diviciaco, del quale si fidava più che di tutti gli altri Galli, fece cercare una strada da seguirsi per portare l'esercito in luoghi aperti compiendo un giro di oltre cinquanta miglia, e al quarto turno di guardia notturno, come aveva preannunziato, partì. Il settimo giorno di marcia ininterrotta apprese dagli esploratori che le truppe di Ariovisto distavano dalle nostre ventiquattro miglia.*

42. *Informato dell'arrivo di Cesare, Ariovisto gli manda degli ambasciatori: il colloquio sollecitato in precedenza, per quanto lo riguarda-*

propius accessisset seque id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit condicionem Caesar iamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur, cum id quod antea petenti denegasset ultro polliceretur, magnamque in spem veniebat pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis cognitis suis postulatis fore uti pertinacia desisteret. Dies conloquio dictus est ex eo die quintus. Interim saepe cum legati ultro citroque inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit ne quem peditem ad conloquium Caesar adduceret: vereri se ne per insidias ab eo circumveniretur; uterque cum equitatu veniret: alia ratione sese non esse venturum. Caesar, quod neque conloquium interposita causa tolli volebat neque salutem suam Gallorum equitatu committere audebat, commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios milites legionis X., cui quam maxime confidebat, imponere, ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet. Quod cum fieret, non inridicule quidam ex militibus X. legionis dixit: plus quam pollicitus esset Caesarem facere; pollicitum se in cohortis praetoriae loco X. legionem habiturum ad equum rescribere.

[43] Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis. Hic locus aequum fere spatium a castris Ariovisti et Caesaris aberat. Eo, ut erat dictum, ad conloquium venerunt. Legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus CC ab eo tumulo constituit. Item equites Ariovisti pari intervallo constiterunt. Ariovistus ex equis ut conloquerentur et praeter se denos ad conloquium adducerent postulavit. Ubi eo ventum est, Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemoravit, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissime missa; quam rem et paucis contigisse et pro magnis hominum officiis consuesse tribui docebat; illum, cum neque aditum neque causam postulandi iustam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea praemia consecutum. Docebat etiam quam veteres quamque iustae causae necessitudinis

va, poteva avere luogo, perché Cesare si era avvicinato ed egli riteneva di non correre pericolo. Cesare non respinse la proposta; reputava che ormai Ariovisto avesse riacquistato il buon senso, giacché offriva spontaneamente ciò che prima aveva negato, quando gli era stato richiesto; inoltre, cominciava a sperare che Ariovisto, in considerazione dei grandi favori ricevuti da lui e dal popolo romano, avrebbe deposto la sua ostinazione, una volta conosciute le sue richieste. Il colloquio fu fissato da lì a cinque giorni. Nel periodo di tempo che lo precedette, vi furono ripetuti scambi di ambasciatori da una parte e dall'altra, e Ariovisto pose come condizione che Cesare non portasse all'incontro truppe di fanteria, perché temeva di cadere in un'imboscata: sarebbero giunti entrambi con la cavalleria, altrimenti non si sarebbe presentato. Cesare non voleva che, a causa di un pretesto, il colloquio saltasse, ma neppure osava mettere la propria incolumità nelle mani della cavalleria dei Galli; decise, perciò, che la cosa più opportuna fosse di lasciare a terra i cavalieri Galli e far montare a cavallo i soldati della decima legione, nella quale riponeva la massima fiducia, per avere, se ci fosse stata la necessità di agire, la scorta più leale possibile. La qual cosa fece dire, non senza spirito, ad uno dei soldati della decima legione che Cesare aveva fatto per loro più di quanto avesse promesso: aveva detto che li avrebbe presi come coorte pretoria, adesso li faceva passare addirittura al rango equestre.

43. *Un'ampia pianura, con un rialzo di terra abbastanza grande, si estendeva all'incirca a pari distanza dagli accampamenti di Ariovisto e di Cesare. Lì, secondo gli accordi presi, si incontrarono per il colloquio. A duecento passi dal rialzo, Cesare dispose i legionari che lo avevano seguito a cavallo; alla stessa distanza si fermarono anche i cavalieri di Ariovisto. Ariovisto chiese che si parlasse senza scendere da cavallo e che ciascuno conducesse con sé dieci uomini. Quando giunsero sul posto, Cesare iniziò il suo discorso ricordando i benefici concessi da lui e dal senato ad Ariovisto: il senato lo aveva proclamato re e lo aveva definito amico, gli aveva inviato doni in abbondanza; un onore del genere toccava a poche persone ed i Romani, di solito, li concedevano in considerazione di servizi eccezionali; Ariovisto, invece, pur non avendo né titoli, né motivo per chiedere simili*

ipsis cum Haeduis intercederent, quae senatus consulta quotiens quamque honorifica in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent, prius etiam quam nostram amicitiam adpetissent. Populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse; quod vero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis eripi quis pati posset? Postulavit deinde eadem quae legatis in mandatis dederat: ne aut Haeduis aut eorum sociis bellum inferret, obsides redderet, si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur.

[44] Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consuerint. Non sese Gallis sed Gallos sibi bellum intulisse: omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse; eas omnes copias a se uno proelio pulsas ac superatas esse. Si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerit. Amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, atque se hac spe petisse. Si per populum Romanum stipendium remittatur et dediticii subtrahantur, non minus libenter sese recusaturum populi Romani amicitiam quam adpetierit. Quod multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui muniendi, non Galliae oppugnandae causa facere; eius rei testimonium esse quod nisi rogatus non venerit et quod bellum non intulerit sed defenderit. Se prius in Galliam venisse quam populum Romanum. Numquam ante hoc tempus

privilegi, li aveva ottenuti grazie al favore e alla generosità di Cesare e del senato. Spiegava inoltre quanto fossero antiche e giuste le ragioni dei legami di amicizia che intercorrevano tra i Romani e gli Edui, quante e quali onorifiche disposizioni il senato avesse decretato nei loro riguardi, e come gli Edui avessero sempre detenuto l'egemonia su tutta la Gallia, ancor prima di richiedere la nostra amicizia. Per consuetudine, il popolo romano voleva che gli alleati e gli amici non solo non perdessero nulla della loro potenza, ma che anzi vedessero crescere il favore, la dignità, l'onore di cui godevano: chi, dunque, poteva tollerare che venisse tolto agli Edui ciò che avevano offerto all'amicizia del popolo romano? Ribadì, poi, le stesse richieste già presentate dai suoi ambasciatori: che Ariovisto non muovesse guerra né agli Edui, né ai loro alleati, restituisse gli ostaggi e, se proprio non poteva rimandare indietro nessuno dei Germani ormai presenti in Gallia, almeno non permettesse che altri oltrepassassero il Reno.

44. *Ariovisto rispose con poche parole alle richieste di Cesare, ma molte ne spese per elencare i propri meriti: aveva passato il Reno non per volontà sua, ma su richiesta e invito dei Galli; non aveva certo lasciato la patria e i congiunti senza la viva speranza di forti ricompense; in Gallia occupava sedi che gli erano state concesse dagli stessi abitanti e gli ostaggi che tratteneva gli erano stati consegnati spontaneamente; percepiva tributi secondo il diritto di guerra, quello che i vincitori sono soliti imporre ai vinti. Non era stato lui a muovere guerra ai Galli, ma i Galli a lui; tutti i popoli della Gallia si erano mossi ed erano scesi in campo contro di lui; egli li aveva respinti e sconfitti, tutti, in una sola battaglia. Se i Galli intendevano tentare una seconda volta la sorte, era pronto a combattere di nuovo; ma, se desideravano la pace, era ingiusto che si rifiutassero di pagare il tributo fino ad allora versato volontariamente. L'amicizia del popolo romano doveva essere per lui non un danno, ma un vanto e una protezione, e con questa speranza l'aveva richiesta. Se a causa del popolo romano doveva rimetterci i tributi e restituire i prigionieri, avrebbe rinunciato all'amicizia di Roma con lo stesso piacere con cui l'aveva cercata. Se faceva passare oltre il Reno molti Germani, era per difendere se stesso, non per assalire la Gallia. Lo*

exercitum populi Romani Galliae provinciae finibus egressum. Quid sibi vellet? Cur in suas possessiones veniret? Provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram. Ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. Quod fratres a senatu Haeduos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos in iis contentionibus quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent auxilio populi Romani usos esse. Debere se suspicari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. Qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico sed pro hoste habiturum. Quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus principibusque populi Romani gratum esse facturum (id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere), quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. Quod si decessisset et liberam possessionem Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum et quaecumque bella geri vellet sine ullo eius labore et periculo confecturum.

[45] Multa a Caesare in eam sententiam dicta sunt quare negotio desistere non posset: neque suam neque populi Romani consuetudinem pati ut optime meritos socios desereret, neque se iudicare Galliam potius esse Ariovisti quam populi Romani. Bello superatos esse Arvernos et Rutenos a Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignovisset neque in provinciam rede-gisset neque stipendium posuisset. Quod si antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium; si iudicium senatus observari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam suis legibus uti voluisset.

[46] Dum haec in conloquio geruntur, Caesari

testimoniava il fatto che vi era venuto solo perché lo avevano chiamato, e che non aveva mosso guerra, ma si era difeso. Era giunto in Gallia prima del popolo romano; mai, in precedenza, un esercito romano era penetrato in Gallia e uscito dai confini della provincia. Che cosa cercava Cesare, per entrare nei suoi possedimenti? Questa parte della Gallia era sua, così come l'altra era nostra. Come non era ammissibile che i Romani cedessero, se egli avesse attaccato i nostri confini, così noi, allo stesso modo, eravamo in torto ad interferire nell'esercizio del suo diritto. Se Cesare dichiarava che gli Edui avevano ricevuto il titolo di amici dal senato, egli non era così barbaro e sprovveduto da ignorare che gli Edui non avevano aiutato i Romani nel recente conflitto con gli Allobrogi, né si erano avvalsi del sostegno del popolo romano nella lotta contro di lui e contro i Sequani. Doveva dunque sospettare che Cesare simulasse questa amicizia e tenesse in Gallia un esercito al solo scopo di sopraffarlo. Se Cesare non si ritirava con le sue truppe dalle regioni in questione, lo avrebbe considerato non un amico, ma un nemico. E se poi lo avesse ucciso, avrebbe fatto un favore a molti nobili e capi del popolo romano - lo aveva saputo dagli emissari che loro stessi gli avevano inviato - e con la sua morte poteva guadagnarsi il favore e l'amicizia di tutti loro. Ma se invece si ritirava e gli concedeva il libero possesso della Gallia, lo avrebbe ricompensato lautamente e gli avrebbe consentito di muovere qualsiasi guerra volesse, senza intralcio o pericolo alcuno.

45. *Cesare, in risposta, spiegò lungamente ad Ariovisto i motivi che non gli consentivano di tirarsi indietro: né lui, né il popolo romano avevano l'abitudine di abbandonare alleati tanto benemeriti; inoltre, non stimava che la Gallia spettasse ad Ariovisto più che al popolo romano. Gli Arverni e i Ruteni erano stati sconfitti da Q. Fabio Massimo; il popolo romano li aveva perdonati, non aveva ridotto a provincia i loro territori, né imposto tributi. Se conveniva aver riguardo per tempi più antichi, il dominio del popolo romano in Gallia era il più giusto; se conveniva invece rispettare il decreto del senato, la Gallia doveva rimanere libera, perché, pur vinta in guerra, aveva potuto mantenere le proprie leggi.*

46. *Mentre il colloquio andava svolgendosi in*

nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros coicere. Caesar loquendi finem fecit seque ad suos recepit suisque imperavit ne quod omnino telum in hostes reicerent. Nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat ut, pulsus hostibus, dici posset eos ab se per fidem in conloquio circumventos. Postea quam in vulgus militum elatum est qua arrogantia in conloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanis interdixisset, impetumque in nostros eius equites fecissent, eaque res conloquium ut diremisset, multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est.

[47] Biduo post Ariovistus ad Caesarem legatos misit: velle se de iis rebus quae inter eos egi coeptae neque perfectae essent agere cum eo: uti aut iterum conloquio diem constitueret aut, si id minus vellet, ex suis legatis aliquem ad se mitteret. Conloquendi Caesari causa visa non est, et eo magis quod pridie eius diei Germani retineri non potuerant quin tela in nostros coicerent. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum et hominibus feris obiecturum existimabat. Commodissimum visum est C. Valerium Procillum, C. Valerii Caburi filium, summa virtute et humanitate adulescentem, cuius pater a C. Valerio Flacco civitate donatus erat, et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur, et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere, et una M. Metium, qui hospitio Ariovisti utebatur. His mandavit quae diceret Ariovistus cognoscerent et ad se referrent. Quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente conclamavit: quid ad se venirent? an speculandi causa? Conantes dicere prohibuit et in catenas coniecit.

[48] Eodem die castra promovit et milibus passuum VI a Caesaris castris sub monte consedit. Postridie eius diei praeter castra

questo modo, a Cesare giunse notizia che i cavalieri di Ariovisto si avvicinavano al rialzo e si dirigevano contro i nostri, scagliando pietre e dardi. Allora pose fine al discorso, raggiunse i suoi uomini e diede loro ordine di non rispondere al tiro dei nemici neanche con un dardo. Infatti, per quanto nello scontro con la cavalleria nemica non prevedesse alcun rischio per la sua legione prediletta, tuttavia non ritenne opportuno ingaggiar battaglia, affinché i nemici, battuti, non potessero sostenere di essere accerchiati durante il colloquio. Quando tra le nostre truppe si sparse ovunque la voce dell'arroganza con cui Ariovisto aveva interdetto ai Romani tutta la Gallia, e di come i suoi cavalieri avevano assalito i nostri, causando l'interruzione del colloquio, si destò nell'esercito un ardore e un desiderio di combattere assai più vivo.

47. *Due giorni dopo, Ariovisto mandò a Cesare un'ambasceria: voleva trattare delle questioni di cui avevano cominciato a discutere tra loro senza giungere a una conclusione: gli chiedeva, perciò, di scegliere un giorno per un nuovo colloquio o, se preferiva, di delegare e di mandare uno dei suoi. Cesare non vedeva motivo di riprendere il colloquio, tanto più che il giorno prima i Germani non avevano saputo trattenersi dal lanciare frecce contro i nostri. Reputava inoltre che fosse molto pericoloso mandare uno dei suoi in veste di legato, mettendolo nelle mani di quegli uomini rozzi. Gli parve cosa più conveniente inviare C. Valerio Procillo, figlio di C. Valerio Caburo, un giovane di grandissimo valore e cortesia, il cui padre aveva ricevuto la cittadinanza romana da C. Valerio Flacco: godeva della sua piena fiducia, conosceva la lingua gallica, che Ariovisto parlava piuttosto bene per lunga consuetudine e, infine, i Germani non avevano motivo di essere scorretti con lui; gli associò Marco Mezio, che aveva con Ariovisto vincoli di ospitalità. Li incaricò di ascoltare le proposte di Ariovisto e di riferirgliene. Ma quando Ariovisto li vide giungere nel suo accampamento, alla presenza dell'intero esercito cominciò a gridare: cosa venivano a fare da lui? forse a spiarlo? I due tentarono di rispondere, ma Ariovisto li obbligò a tacere e li fece gettare in catene.*

48. *Quello stesso giorno levò le tende, avanzò e si stabilì ai piedi di un monte, a sei miglia dall'accampamento di Cesare. L'indomani oltre-*

Caesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit eo consilio uti frumento commeatuque qui ex Sequanis et Haeduis supportaretur Caesarem intercluderet. Ex eo die dies continuos V Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant: equitum milia erant VI, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suae salutis causa delegerant: cum his in proeliis versabantur, ad eos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius, concurrebant, si qui graviore vulnere accepto equo deciderat, circumstabant; si quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas ut iubis sublevati equorum cursum adaequarent.

[49] Ubi eum castris se tenere Caesar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, circiter passus DC ab his, castris idoneum locum delegit acieque triplici instructa ad eum locum venit. Primam et secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit. Hic locus ab hoste circiter passus DC, uti dictum est, aberat. Eo circiter hominum XVI milia expedita cum omni equitatu Ariovistus misit, quae copiae nostros terrerent et munitione prohiberent. Nihilo setius Caesar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit. Munitis castris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum, quattuor reliquas legiones in castra maiora reduxit.

[50] Proximo die instituto suo Caesar ex castris utrisque copias suas eduxit paulumque a maioribus castris progressus aciem instruxit hostibusque pugnandi potestatem fecit. Ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter

passò con le sue truppe il campo romano, e pose le tende a due miglia di distanza, con l'intento di impedire a Cesare di ricevere il grano ed i viveri che venivano forniti dai Sequani e dagli Edui. Da quel momento, per cinque giorni consecutivi, Cesare condusse fuori le sue truppe e le tenne schierate davanti all'accampamento, per dare ad Ariovisto la possibilità di misurarsi in battaglia con lui, se lo voleva. Ma Ariovisto, per tutti e cinque i giorni, tenne bloccato il suo esercito nell'accampamento, limitandosi a semplici scaramucce quotidiane di cavalleria. I Germani erano addestrati in questa tecnica militare: seimila cavalieri avevano scelto tra tutta la truppa uno ad uno, a propria tutela, altrettanti fanti molto veloci e forti; insieme entravano nella mischia e i cavalieri si riparavano presso i fanti, che, se c'era qualche pericolo, si precipitavano; se il cavaliere veniva ferito piuttosto gravemente e cadeva da cavallo, lo attorniavano; se dovevano avanzare molto lontano o ripiegare molto velocemente, si erano garantiti con l'esercizio una tale rapidità, da reggere all'andatura dei cavalli, tenendosi aggrappati alla criniera.

49. *Constatato che il nemico rimaneva chiuso nel suo accampamento, Cesare, per non vedersi tagliati i rifornimenti, scelse al di là del posto in cui si erano stabiliti i Germani, a una distanza di circa seicento passi da essi, un luogo adatto per porre le tende, e vi condusse l'esercito schierato su tre linee. Ordinò che la prima e la seconda linea rimanessero in armi e che la terza fortificasse l'accampamento. Il luogo distava, come già si è detto, circa seicento passi dal nemico. Ariovisto vi inviò circa sedicimila uomini senza impaccio bagagli e l'intera cavalleria, per atterrire i nostri con questo spigamento di forze ed impedire l'opera di fortificazione. Cesare, non di meno, come aveva in precedenza stabilito, ordinò alle due prime linee di respingere il nemico e alla terza di portare a termine i lavori. Fortificato il campo, vi lasciò due legioni con una parte delle truppe ausiliarie, e ricondusse le quattro rimanenti nell'accampamento principale.*

50. *Il giorno successivo, secondo la sua abitudine, Cesare fece uscire le sue truppe da entrambi gli accampamenti, le schierò a battaglia poco distante dal campo principale e diede al nemico la possibilità di combattere. Quando si*

meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, quae castra minora oppugnaret, misit. Acriter utrimque usque ad vesperum pugnatum est. Solis occasu suas copias Ariovistus multis et inlatis et acceptis vulneribus in castra reduxit. Cum ex captivis quaereret Caesar quam ob rem Ariovistus proelio non decertaret, hanc reperiēbat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset ut matres familiae eorum sortibus et vaticinationibus declararent utrum proelium committi ex usu esset necne; eas ita dicere: non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam proelio contendissent.

[51] Postridie eius diei Caesar praesidio utrisque castris quod satis esse visum est reliquit, alios omnes in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, ut ad speciem aliarum uteretur; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium accessit. Tum demum necessario Germani suas copias castris eduxerunt generatimque constituerunt paribus intervallis, Harudes, Marcomanos, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suebos, omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres imposuerunt, quae ad proelium proficiscentes milites passis manibus flentes implorabant ne se in servitatem Romanis traderent.

[52] Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, proelium commisit. Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coiciendi non daretur. Relictis pilis comminus gladiis pugnatum est. At Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta impetus gladiatorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri qui in phalanga insilirent et scuta manibus revellerent et desuper vulnerarent. Cum hostium acies a sinistro cornu

rese conto che neppure allora i nemici si sarebbero fatti avanti, verso mezzogiorno ordinò ai suoi soldati di rientrare negli accampamenti. Allora finalmente Ariovisto inviò una parte delle sue truppe ad attaccare il campo più piccolo. Si combatté fino a sera da entrambe le parti con accanimento. Al tramonto Ariovisto richiamò nell'accampamento le sue truppe, che avevano inflitto ai nostri molte perdite, ma molte ne avevano subite. Cesare chiese ai prigionieri per quale motivo Ariovisto non accettasse lo scontro aperto e ne scoprì la causa: presso i Germani era consuetudine che le madri di famiglia, consultando le sorti e i vaticini, dichiarassero se era vantaggioso combattere o no; ed esse avevano detto che ai Germani non era concessa la vittoria, se avessero compatto prima della luna nuova.

51. *L'indomani Cesare lasciò in entrambi gli accampamenti un presidio a suo giudizio sufficiente e dispiegò tutte le truppe degli alleati davanti all'accampamento minore, ben visibili, sfruttandole per ingannare il nemico, dato che i legionari erano inferiori ai Germani, dal punto di vista numerico; poi schierato l'esercito su tre linee, avanzò fino all'accampamento dei nemici. I Germani allora furono finalmente costretti a condurre fuori dal campo le loro truppe e si disposero secondo le varie tribù, a pari distanza le une dalle altre: gli Arudi, i Marcomanni, i Triboci, i Vangioni, i Nemeti, i Sedusi, gli Svevi. Circondarono tutto lo schieramento con carri e carriaggi, per togliere a chiunque la speranza di fuggire. Sui carri fecero salire le loro donne, le quali, con le mani protese e piangendo, imploravano gli uomini che partivano per combattere di non renderle schiave dei Romani.*

52. *Cesare mise a capo di ciascuna legione i rispettivi legati e il questore, perché ognuno li avesse a testimoni del proprio valore; poi guidò egli stesso l'attacco sul fianco destro, perché si era accorto che da quella parte lo schieramento nemico era molto debole. Dato il segnale, i nostri attaccarono con tale impetuosità e i nemici si slanciarono in avanti così improvvisamente e rapidamente, che non si ebbe lo spazio per lanciare i giavellotti contro i nemici. Lasciati i giavellotti, si combatté con le spade corpo a corpo. Secondo la loro abitudine, i Germani formarono rapidamente delle falangi e ressero all'assalto condotto con le spade. Si videro molti nostri*

pulsa atque in fugam coniecta esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. Id cum animadvertisset P. Crassus adulescens, qui equitatu praerat, quod expeditior erat quam ii qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit.

[53] Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt nec prius fugere destiterunt quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter L pervenerunt. Ibi perpauca aut viribus confisi tranare contenderunt aut lintribus inventis sibi salutem reppererunt. In his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus ea profugit; reliquos omnes consecuti equites nostri interfecerunt. Duae fuerunt Ariovisti uxores, una Sueba natione, quam domo secum eduxerat, altera Norica, regis Vocconis soror, quam in Gallia duxerat a fratre missam: utraque in ea fuga periit; duae filiae: harum altera occisa, altera capta est. C. Valerius Procillus, cum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in ipsum Caesarem hostes equitatu insequentem incidit. Quae quidem res Caesari non minorem quam ipsa victoria voluptatem attulit, quod hominem honestissimum provinciae Galliae, suum familiarem et hospitem, ereptum ex manibus hostium sibi restitutum videbat neque eius calamitate de tanta voluptate et gratulatione quicquam fortuna deminuerat. Is se praesente de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur an in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio se esse incolumem. Item M. Metius repertus et ad eum reductus est.

[54] Hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti coeperunt; quos ubi qui proximi Rhenum incolunt perterritos senserunt, insecuti magnum ex iis numerum occiderunt. Caesar una aestate duobus maximis bellis confectis maturius paulo quam tempus anni postulabat in hiberna in Sequanos exercitum deduxit; hibernis Labienum

soldati balzare sopra le falangi, strappare via con le mani gli scudi e colpire dall'alto con fendenti. Mentre l'ala sinistra dello schieramento nemico veniva respinta e messa in fuga, l'ala destra in massa premeva violentemente sui nostri. Di ciò s'accorse il giovane P. Crasso, comandante della cavalleria, ed essendo più libero di chi combatteva al centro della mischia, mandò la terza linea in aiuto dei nostri che erano in pericolo.

53. *Così la battaglia fu salvata: i nemici volsero tutti le spalle e non smisero di fuggire prima di aver raggiunto il Reno, che distava circa cinque miglia dal luogo dello scontro. Lì assai pochi o cercarono di attraversare il fiume a nuoto, confidando nelle proprie forze, o trovarono scampo sopra delle imbarcazioni rinvenute sul posto. Tra questi ci fu Ariovisto, il quale, trovata una piccola barca legata alla riva, riuscì a fuggire con quella; tutti gli altri furono inseguiti e uccisi dalla nostra cavalleria. Aveva due erano le mogli di Ariovisto: una di nazionalità sveva, che aveva condotto con sé dalla patria, l'altra norica, sorella del re Voccone, che gli era stata inviata dal fratello stesso e che aveva sposato in Gallia: entrambe morirono nella fuga; due le figlie: una fu uccisa, l'altra catturata. C. Valerio Procillo, mentre veniva trascinato nella fuga dai suoi guardiani legato con tre catene, si imbatté proprio in Cesare, che con la cavalleria inseguiva i nemici. Ciò procurò a Cesare una gioia non minore della vittoria stessa, perché si vedeva restituito, strappato alle mani del nemico, un uomo fra i più onorati nella provincia della Gallia, suo amico e ospite: la Fortuna non aveva voluto togliere nulla alla sua grande gioia e contentezza e aveva impedito la morte di C. Valerio Procillo. Questi raccontava che, in sua presenza, erano state consultate tre volte le sorti per decidere se doveva essere arso subito sul rogo o in un altro momento: era incolume per beneficio delle sorti. Anche M. Mezio fu ritrovato e riportato a Cesare.*

54. *Quando oltre il Reno si ebbe notizia della battaglia, gli Svevi, che erano giunti alle rive del fiume, cominciarono a ritornare in patria; e non appena gli Ubi, che abitano nei pressi del Reno, si accorsero che erano in preda al panico, li inseguirono e ne uccisero un gran numero. Cesare, che in una sola estate aveva concluso due grandissime guerre, un po' prima di*

praeposuit; ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est. *quanto non richiedesse la stagione, condusse l'esercito negli accampamenti invernali tra i Sequani; vi pose come comandante Labieno e si recò in Gallia cisalpina, per tenervi le sessioni giudiziarie.*

Il testo pubblicato è di proprietà dell'autore. Qualsiasi riferimento al testo deve citare l'autore, la fonte e l'URL. Il testo, sia in forma cartacea sia in forma elettronica, non può essere utilizzato a fini commerciali né sottoposto a modifiche redazionali o d'altro genere senza autorizzazione.